# CARTARIO GENOVESE

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO I.

Menzione di uno strumento rogato in Genova da Ambrogio cancelliere della Chiesa Ambrosiana.

700, 14 maggio

(Cod. P. B. dell'Archivio Capitolare di san Lorenzo, car. 24; Banchero, Il Duomo di Genova ecc., p. 297)

---

In una sentenza pronunciata in Piacenza da Grimerio vescovo di quella città addì 27 febbraio 1200, a definizione di certa lite vertente fra l'Arcivescovo di Milano rappresentato da Jacopo preposito di Legnano ed il Capitolo di san Lorenzo di Genova rappresentato da Pietro conte di Lavagna e canonico della Chiesa Piacentina (1), si legge:

Itemque dixit (*Grimerius*) et precepit ipsi Petro ut ipse Prepositus et Capitulum cessent ab inquietatione pensionum domorum Brolii Sancti Ambrosii. saluis omnibus aliis ordinationibus que continentur in Instrumento facto ab Ambrosio Cancellario Ambrosiane Ecclesie secundum uoluntatem et ordinationem quondam Domini Johannis Boni Mediolanensis Archiepiscopi (2) scripto in Ciuitate Janue. cuius anni sunt. Anno Domini DCC Indicione X (3) regnante L. (4) Rege. pridie Idus Madii.

(1) La lite originava da ciò: che il Capitolo Genovese pretendeva dall'Arcivescovo di Milano l'annua corresponsione di venti soldi, per tre processioni che era tenuto a fare nelle solennità de' santi Ambrogio, Gervasio e Protasio, ed Andrea. La quale somma avendo il detto Arcivescovo ricusato di pagare, il Capitolo se ne era rifatto ponendo sotto sequestro i fitti dei beni che la Chiesa Milanese possedeva nel Brolio. La sentenza di Grimerio poi, a titolo di transazione, aggiudicava ai canonici di san Lorenzo 15 soldi annui.

(2) Forse qui deve intendersi il testamento di esso Giovanni; il quale avea legato ogni suo avere alla Chiesa di Milano, ed era morto l'anno 657. Nel 700 il vescovo di Milano era san Benedetto.

(3) Veramente nell'anno 700 correva l'indizione XIII.

(4) Luitperto.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO II.

Sinodo Ticinese, celebrato dai vescovi ed ottimati del Regno d' Italia, per l' elezione di Carlo il Calvo all' Impero; alla quale interviene e soscrive *Sabbatinus Genuensis Ecclesie Episcopus.*

876, febbraio

(Ved. Bouquet, Rer. Gallicar. Script., vol. VII, p. 680)

---

## DOCUMENTO III.

Lettera di papa Giovanni VIII al re Carlomanno, dove si fa menzione di Sabbatino vescovo di Genova.

878, 28 aprile

(Mansi, Concil. vol. XVII, num. LXXXIX, col. 78)

---

Nobis etc. duximus Franciam ire, uestramque fraternam compagem in pacis et unanimitatis uinculum consolidare. uestre matris sepe dicte liberationem sancte Romane Ecclesie necessario querere. Vos siquidem illuc omnesque uestrorum regnorum episcopos ad synodum celebrandam uenire hortamur. Data de ciuitate Genuensi. et directa glorie uestre per Anspertum Mediolanensem confratrem et coepiscopum nostrum.

. . . . . (1) Sabbatinum episcopum primum et postea per Anspertum Mediolanensem de qua multum miramur cur non iam a uobis responsum uel missos accepimus.

(1) Questo secondo brano forse, nota il Mansi, appartiene ad un' altra lettera; e qui mancano alcune parole.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO IV.

Diploma di re Berengario I, con cui si confermano alla Basilica di san Giovanni Dominarum di Pavia i beni che la stessa possede, e del cui novero sono alcuni posti in Liguria.

Anno 909

( Robolini, Memorie appartenenti alla storia di Pavia )

---

In nomine domini dei eterni. Berengarius diuina fauente clementia rex *etc.* Concedimus et confirmamus ecclesie sancti iohannis omnes res *etc.* uidelicet . . . . . . mansiones duas penes cortem genuensem. in loco ubi dicitur sancti cipriani capellam unam cum domo coltili et mansos quatuor et cum omni sua pertinentia. in segestri quandam absentem terram. similiter in leuarnio (1) et in caurasio (2) ac infra ciuitatem genuensem *etc.* Actum papie.

---

## DOCUMENTO V.

Diploma del re Rodolfo confermativo del precedente.

Anno 924

(Robolini, Mem. cit.)

---

Rodulfus rex *etc.* Concedimus et confirmamus . . . . mansiones duas prope curtem genuensem . . . in sancto cipriano capellam. . . in sigestri absentem terram. similiter in lauania et caurani (*sic*) et infra ciuitatem genuensem *etc.*

(1) Lavagna.
(2) Cavrasco.

---

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO VI.

Pietro giudice, Opizzo giudice e Giovanni diacono, germani, donano beni al monastero di santo Stefano presso Genova.

965 (?), 1 aprile

(Pergamena della R. Biblioteca Universitaria di Genova)

—

In nomine domini dei et saluatoris nostri ihesu christi. Otto gratia dei Imperator augustus. anno imperii eius deo propicio quarto. Kalendis aprilis. Indicione prima [1]. Monasterio sancti stephani proto christi martiris qui est constructus prope ciuitate Janua. nos petrus iudex et opizo iudex. et iohannes diaconus filius quondam alberti iudex. qui professi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere romana offertores et donatores ipsius monasterii. propterea diximus quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis de suis aliquit contulerit (*rebus*) iusta octoris uocem in hoc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uitam possidebit eternam. Et ideo nos qui supra germanis donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus nostra portione et diuisione quas habere uisi sumus in locos et fundo *Albario cum ecclesia sancti nazarii cum decimis et primiciis. in carsaneto et zinestedo et* [2] bauali. campo longo. in eorum territoriis uel ubicumque de nostris rebus inuentum fuerit ad supra prenominatis locis peruenerunt. hoc sunt casis. uineis. ficetis. saletis. roboretis. castanetis. cannetis. uel aliis arboribus cum areis ubi estant. terris arabilis. gerbis. campis. siluis. omnia plenum et uacuum qualiter supra legitur una cum accessionibus et ingressoras earum. seu cum superioribus et inferioribus qualiter supra legitur. In integrum. ab hac die in eodem monasterio sancti stephani ibidem habendum confirmamus. faciendum abbas exinde uel monachos qui nunc ordinati sunt uel in antea ordinati esse debent. in sumptum et subsidium monachorum pro anime nostre mercedem. Eo uero ordine ut si umquam in tempore uenerit pontifex aut aliqua potestas quod nostra offersio at eodem monasterio tollere uel minuare uoluerit. et unc statim ueniant in potestatem de nostris propinquio-

(1) L'indizione corrente nel 965 era propriamente l'ottava.

(2) Le parole in corsivo sono scritte con altro inchiostro sulla pergamena raschiata.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

ribus parentibus qui tunc uiuos apparuerit. et tandiu in eorum potestatem persistat at fruendum quod ad usque uenerit in potestatem eodem monasterio nostra offersio. et faciant abbas uel monachos quod uoluerint pro anime nostre mercede. Et nec nobis qui supra scriptis. petrus iudex. et opizo iudex. et iohannes diaconus liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. sed quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus. cum stipulacione subnixa. Hanc enim cartulam offersionis paginam fulcoinus notarius tradidit. et scribere rogauimus. In qua subtus confirmans testibusque obtuiit roborandum. actum ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. m. m. m. manibus petrus. iohannes diaconus. opizo iudex. et albertus. et martinus.

Ego qui supra fulcoinus notarius scriptor huius cartule offersionis post tradita compleui et dedi.

---

## DOCUMENTO VII.

Serra abbadessa di santo Stefano, dona beni a questa Basilica.

969, giugno

(Carte Genovesi ecc., num. 13)

---

† In nomine domini dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Inperante Domno nostro in Italia Otto anno octauo et item Otto filio eius inperante idemque in Italia anno secundo. meise Junio. indicione duodecima. acto Genua. Basilica Sancti Stefani proto Christi martiris sita non longe a muro ciuitatis Janua pertinente de sub regimine et potestatem Episcopio eiusdem Sancte Januensis Ecclesie ubi Serra dei Deuota ueste Religionis induta et Abatissa de eadem Basilica ibidem Deo seruire uidetur. Ego quidem predicta Serra Abatissa donatrice et ofertris ipsius Basilice propterea dixi quiquit in sanctis ac uenerabilibus locis ex suis aliquit contulerit rebus iusta Autoris uocem in oc seculo centuplum adcipiet et quod melius est uitam posidebit eternam. et ideo ego qui supra Serra abatissa donatrice ipsius Basilice dono cedo ofero per remedium et salutem anime Marini qui fuit quondam uir meus in eadem Basilica Sancti Stefani proto Christi martiris. i sunt omnibus rebus illis iuris meis proprietariis et libellariis quibus sunt sitis in locas et fundas Riuariole et in Mauriade et in Campo Felegoso et in

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

cella seu domo colta ([1]) et in Granariolo. tam casis uineis castanetis canetis salectis aliisque arboribus fructiferis. campis siluis et pasquis. ubicumque porcionem et sorte tam de proprietariis quam de libellariis inuenta fuerit que mihi qui supra Serra Dei Deuota unc die tenere et abere uisa sum in suprascriptis locis una cum accepsionibus et ingresoras earum seu cum superioribus et inferioribus earum in integrum. ab ac die in predicta Basilica Sancti Stefani Proto Christi martiri dono cedo ofero per remedium anime predicti Marini qui fuit uir meus et per presentem cartam ofersionis ibidem abendum confirmo. faciendo exinde a presenti die Abas predicte Ecclesie siue successorum suorum a pars predicte Ecclesie proprietario iure quitquit uoluerit sine omni mea qui supra Serra et Eredum meorum contradicione. de rebus libellariis salua quidem luminaria in Sancta Ecclesia cuius est proprietas. et liceat futurus Abas uius Ecclesie libellum peti . . . rea a nomem suum uel alterius subcessorum suorum. quidem me espondeo atque promitto ego qui supra Serra Dei Deuota una cum meos Eredes istis casis et rebus quiquit in predicta oferre uideor pars ipsius Basilice ab omni omine defen*sare* non potuerimus de rebus libellariis preter de Ecclesia cuius et proprietas aut super istis rebus nostris omnibus casis et rebus exinde per quouis ingenio subtraere quesierimus tunc in duplum istis rebus a pars ipsius Basilice restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimilis locis. quam igitur cartam ofertionis me pagina Fulcoinus notarius scribendum rogauit. in qua subter confirmans testibusque obtulit roborandum die regni et indicione ista Feliciter.

Signum m. Serra Abatissa qui ac cartam oferscionis fieri rogaui.

Signum m. m. m. manibus Anselmi et Benedicti et Angelrioco rogatis testes.

Ego Alexander Judex rogatus subscripsi.

Ego Thomas Judex rogatus subscripsi.

Ego Silueradus Judex.

Ego Andrea Judex rogatus subscripsi.

Ego Teodero rogatus subscripsi.

Ego Gotefredus rogatus subscripsi.

Ego Fulcoinus notarius.... scripsi et subscripsi compleui et dedi.

([1]) *Colta.* Questa parola sembra accomodata d'altro inchiostro (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO VIII.

Todeberga co' suoi figli e parenti donano beni al suddetto monastero, siti nei luoghi di Garsaneto in Polcevera e d' Albaro in Bisagno.

971, luglio

(Pergamena dell' Archivio Governativo, Abbazia di S. Stefano mazzo I; Carte Genovesi, num. 15)

---

† In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Imperante Domino nostro Otto in Italia anno decimo et item Otto filio eius Imperante ic in Italia anno quarto. mense Julio. Indicione quartadecima. acto Genua. Dilectissimis nobis semper Andrea Monahus et Abbas Monasterii Sancti Stefani proto Christi Martiris xito non longe a ciuitate Genua et omnibus monahis qui in ipso Monasterio nunc ordinati uel in antea a Deo ordinati esse uidentur. nos quidem Todeuerga et Alexander et Andrea et Ofiza et Toderada mater et filiis et filie germanis et germane nec non et Liuzo Diacono et Johannes et Vgo et Gotefredus germanis fili petri Judice consenciente a istis Alexander et Andrea et Ofiza et Toderada Andream Auocatorem Illorum et Aliuzo Diaconus consenciente Johannes auocatorem suo donatores et refudatori uestris. propterea dixi ille sunt donacionis seu refudacionis titulo . . . ris firmissimis que bona expontanea uoluntatis nostra interueniunt . . . . qui supra mater et filiis et filie et germanis donatores uestris do donamus cedimus tradimus seu oferimus et per presentem cartam ofersionis nostre in te qui supra Andrea monahus et Abbas seu predictis omnibus monahis abendum confirmamus. oc est omnibus rebus illis iuris nostris proprietariis quibus sunt positis in ualle Porcifera locus ubi nominatur Garsaneta. tam casis cum terreis uineis castanetis roboretis siluis et campi et pascuis omnia plenum et uacuum ex integrum quiquit nobis qui supra mater et filii et germanis un (*sic*) die tenerem et aberem uisi sumus in isto loco una cum exito suo. similiter donamus nos qui supra mater et filii et filie et germanis qui supra Monahus et Abbas seu omnibus Monahis omnibus rebus illis iuris nostris proprietariis quibus sunt positis tra fluuio Vesano locus ubi nominatur Albario iusta uineam quas os die detinet eredes quondam Adalberti Montanario. tam uineis seu terris castanetis siluis campis et pascuis quiquit nobis qui supra mater et filii et filie et germanis iusta ordine pertinere uidetur

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

in isto loco una cum exito suo de presenti die in tua qui supra Andrea Monahus et Abbas et omnibus Monahis sint potestatem ex nostra qui supra donatoris plenissimam largiettatem. et quandoquidem tempore qualibet unum de oc seculo defuerint omnibus monahis qui in ipso monasterio uiui remanserint in loco defuncti succedant. et si forsitan nos qui supra mater et filii et filie et germanis uel nostrisque eredibus aduersus te qui supra Andrea Monahus et Abbas et omnibus istis monahis de nostris rebus agere et causare quesierimus uel ab omni omine contradicentem uobis in autoritate non fuerimus sumus uobis conponituris nostris rebus sicut superius legitur uel exitus earum in dupblo comodo in tempore fuerint meliorati. quam uero cartam Donacionis seu ofercionis nostre et per remedium anime genitore nostro oferimus. et Fulcoinus notarius scribendam rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtulimus roborandum die regni et indicione ista feliciter.

Todeuerga et oficia et Taderada et Andrea qui anc cartam donacionis seu ofercionis nostre fierint rogauerunt.

Liuzo Diaconus in anc cartula donacionis a me facta manu mea firmaui.
Johannes in nac (*sic*) cartula donacionis a me facta manu mea firmaui.
Vgo in ac cartula donacionis a me facta manu mea firmaui.
Gotefredo in ac cartula donacionis a me facta manu mea firmaui.
Alexander in anc cartulam donacionis a me facta manu mea firmaui.
Ego Johannes auocator qui a suprascripto Liuzo Diaconus consensi.
Andrea auocator qui a suprascriptis germanis et germane consensi.
Ego Alexander Judex rogatus subscripsi.
Rutualdo rogatus subscripsi.
Ego Johannes notario rogatus subscripsi.
Ego Fulcoinus notarius scripsi et subscripsi compleui et dedi.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO IX.

Lamberto figlio del q. Ildebrando Marchese vende a Roprando prete parecchie corti con le rispettive chiese e castella, tra cui Montaldo, il castello di Gavi, Massa maggiore e Massa minore, Parodi e Capriata; nonchè il monastero di san Pietro di Monteverdi nella Maremma Senese (1).

973, 18 aprile

(Pergamena del R. Archivio di Stato in Firenze)

Essemplar. In nomine sancte indiuidue trinitatis. regnante domno nostro otto gloriosissimo imperator augustus. anno imperii eius in italia duodecimo. et filius eius domino nostro octo itemque imperator augustus anno imperii eius sexto. quarto decimo halendas madii. indictione prima. manifestu sum ego lanberto filius bone memorie ildibrandi qui fuit marhio. quia per anh cartula uindo et trado tibi roprando presbitero filius bone memorie benedicti : i sunt curtis et casis et rebus meis illis quibus sunt positis infra commitato et territurio rosellense locas noncupantes. prima curte astiano. secunda caliano cum castello et eclesia seu turre ibidem consistente super ripa fluminis umbrone. tertia corte grosito cum castro et eclesia ibidem consistente. quarta canpangnatico cum suo castello. quinta caldo quod est infra commitato suanense. sexta castro. septima glatiano que sunt infra commitato castro. octaua anhcarano. nona corteciuitella que sunt infra commitato tuscanense. decima radicofani cum suo castello. undecima corte cerasolo. duodecima namque corte et roca de campelli. tertiadecima igitur corte et rocca seu castello cininule. quarta decima monteclello. quinta decima corte cenenula. sexta decima monteclello consistente in commitato clusio. septima decima corte miliciano cum castello suo. octaua decima corte canpiano cum suo castello. nonadecima corte castelione. uigesima corte suuereto cum suo castello. uicesima prima corte et castello suo montepici. que sunt infra commitato popoloniense. uicesima secunda corte et castello in alma. uicesima tertia scarlino. uicesima quarta buriano cum suorum omnibus pertinentiis. adque uenundare per anh cartula uideor tibi qui supra roprando presbitero itest eclesia et monasterio illo beati

(1) Questo documento e l'altro riferito al num. XIII furono comunicati per copia dal socio cav. Cornelio Desimoni; e sono ricordati dal Repetti nel *Dizionario della Toscana*, art. *Abazia di Monteverdi*. Gli originali fanno parte delle pergamene provenienti dall'Abazia di san Salvatore di Montamiata.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

sancti petri apostolorum principis sito monteuirde cum eclesia et turris seu castellis et rupis adque familiis eiusdem monasterio pertinentibus. uicesima quinta corte uico cum eclesia beati sancti petri ibidem constructa. uicesima sexta corte et castello seu clesia (*sic*) sito tufulo. uicesima septima bargiuna. uicesima octaua cucinacia [1]. uicesima [2] corte mediscana que est infra commitato parmense. tricesima portomorini. tricesima prima uico communi. tricesima secunda corte obbleto. trecesi ı a tertia casali. trigesima quarta mitiano cum suo castello. tricesima quinta uico piguli. tricesima sexta corte aciano. tricesima septima gulagro. tricesima octaua monte alto. castello de gaui. tricesima nona massa. quadragesima massa minore. quadragesima prima palode. quadragesima secunda capriana (*sic*) cum suo castello. quadragesima tertia corte rouerito. quadraiesima quarta corte placiano cum castro suo. quadraiesima quinta corte carpini cum castello suo. seu uenundare aliis uideor tibi aliis omnibus casis et rebus meis mihi pertinentibus. sicut superius legitur. asdem inique suprascripto sancto monasterio et prenominatis curtis in singulis denominatis locis et cum uocabulis simulque cum prata spatis castellis seu turris aque rebus tam de donnicatis quam et masericiis aut ipsum monasterium seu curtis et eclesiis uel aliis rebus et pertinentibus uel aspicientibus cum fundamentis et omne edificiis uel uniuersis fabricis suis seu curtis. ortis. terris. uineis. oliuetis. siluis. uirgareis. pratis. pascuis. cultis rebus uel incultis. montibus. alpibus. rupis. declinis. pantaneis. salinis. aquis uel fontaneis. molendinis. piscareis. aquis aquarum decursibus ah paludibus cum seruis et anhcilis. aldios uel aldiones. siue bestiis meis. maioris uel minoris tam diuiso quamque et indiuiso. siue etiam et quod de barbanis uel parentibus meis in sorte obuenit. uero etiam quantum ad ipsum sancto monasterio et prenominatis curtis et castellis seu turris adque rebus tam de domnicatis quam et masericiis sunt pertinentibus uel aspicientibus. tam auro. argentu. gemmis. uestis. armis. uel a quolibet rem mouilibus uel inmouilibus que dici uel nominare possumus. ubicumque uel talescumque mihi legibus pertinentes adque in antea pertinere uidetur tam ex iura parentum meorum quam et conquisitu meo. quas modo abeo. uel quod in antea opitulante deo legibus adquisiero. una cum omnes moniminas meas. cartule. breuis seu iudicatis adque regalis et imperialis preceptoras siue repromissionis paina uel in qualibet faciones aut quacumque scriptura cartarum licteras quantas et quales in me qui supra lanberto emissa aut datas uel pertinentes sunt aut esse dinussitur in integrum tibi eas

[1] Per correzione posteriore appare scritto: *cumtacta.*
[2] Manca *nona.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

uindo et trado pro quibus ad te pretium recepit inter aurum et argentum seu aliis speciebus ine ualentes ad pretiatus libras decemilia in prefinitu. unde repromicto ego qui supra lanberto una cum meis eredes tibi qui supra roprando presbitero uel ad tuis eredes aut eidem omini cui uos suprascripta mea uindictio dederitis uel abere decreueritis. ut si nos uobis eas aliquando tempore in aliquod exinde intentionauerimus aut retolle uel suptragi quesierimus nos uel ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus pro quolibet ingenio. et si nos exinde auctores dare uolueritis et eam uobis ab omni omines defendere non potuerimus et uobis eas non defensauerimus. spondimus nos uobis componere ipsa suprascriptam mea uinditio in duplu in ferquidem loco super estimatione quales tunc fuerit. sic tamen si nos uobis exinde autore nec defensore querere. nec dare uolueritis aut non potueritis. licentiam abeatis absque nostra persona. si uestra fuerit uoluntas. exinde causa agendi responsum reddendi. fine ponendi. modis omnibus uobis defensandi cum cartula ista quomodo aut qualiter iusta lege melius potueritis. quia in tali ordine anh cartula witerno notario domni Imperatoris scribere rogauit. actum baliano intus castello meo quod est super fluuio umbrone.

Signum manu lanberti qui anh cartula fiere rogauit.

Ego adalbertus rogatus ad lamberto me testes subscripsi. et pretium dante uidi.

Ego ildibrando rogatus ad lanberto me testes subscripsi. et pretium dante uidi.

Teupaldus iudex domni imperatoris subscripsi.

Ego farolfo rogatus testis subscripsi. et pretium dante uidi.

Signum manu teudelasci qui teutio uocatus filius bone memorie asolfi de comitato clusense testis. et pretium dante uidi.

Witerno notarius domni imperatoris postradita compleui et dedit.

Ego adalbertus notarius domni imperatoris autentico illo fideliter exemplauit licteris plus minus.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO X.

Giselberto di Marengo vende ad Oberto Visconte della città di Genova alcuni beni [1].

Anno 978

( Pergamena dell' Archivio Capitolare di Tortona )

---

In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Jesu Christi. Otto gratia Dei Imperator Augustus. anno imperii eiusdem domini Ottonis propitio ic in Italia undecimo. octauo Kalendas Julius. indictione sesta. Constat me Giselbertus filius quondam rufini de curte marinco qui professo sum ex nacione mea legem uiuere romana accepisse sicuti et in presentia testium accepi ad te Otbertus Vice Comes de ciuitate Genoa per misso tuo odo filio quondam sironi argentum denarios bonos solidos septem finitum precium pro rebus illis iuris mei quam abere uiso sum in territorio uico molonie.... us ubi dicitur in Campora. quod sunt rebus ipsis in eodem loco Campora . . . . . . . . . . . pratis seu zerbis in . . . . . simili quod per anc cartulam et pro eodem precio uendo ego qui supra Giselbertus tibi cui supra Otberto uicecomes. id est pecia una de uites et area ubi estat in eodem loco Campora est per numerum arborum et fosas uinearum centenario . . . et uites quadraginta. Coeret ei de duabus partibus uites et terra suprascripto Otbertus uice comes. de tertia parte terra Rufini. de quarta parte uites Michael. sibe qui alii sunt coerentes ut dictum est. tam terris uineis campis pratis pascuis siluis ac stalareis riuis rupinis ac paludibus coltis et incoltis diuisis et indiuisis una cum finibus et terminibus accessionibus et usibus aquarum aquarumque ductibus. cum omni iure adiacenciis et pertinenciis earum rerum per locas et uocabulas ab ipsis rebus pertinentibus. in integrum. que autem suprascriptis rebus et iam facta pecia de uites et area ubi estat in eodem loco Campora superius nominatis una cum accessionibus et ingressoras earum superioribus et inferioribus suis et sicut superius mensura et in aliquod numerum et coerencias legitur abinde tibi cui supra Otbertus uice comes pro suprascripto argento uendo trado et mancipo nulli alii uenditis donatis alienatis obnocsiatis uel traditis nisi tibi. et facias exinde a presente die tu et eredibus tuis iure proprietario nomine quidquid

[1] La copia di questa pergamena, proveniente dal monastero di san Marziano, è dovuta al socio prof. Alessandro Wolf.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

uolueritis sine omni mea et eredum meorum contradictione. quidem et spondeo et promitto a . . . . ego qui supra Giselbertus una cum meos eredes tibi cui supra Otberto uice comes tuisque eredibus aut cui uos dederitis uel abere uolueritis suprascriptis rebus et iam facta pecia de uites et area ubi estat in suprascripto loco Campora qualiter superius legitur. . . . re comprensis in integrum ab omni omine defensare. quia si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquod pericu . . . . o sub . . . . . . requisierimus tunc in dublum uobis eadem uenditis sicut supra legitur restituamus. . . . . . fuerint melioratis aut ualuerint sub extimatione in eisdem locis et . . . . . . . qui supra Giselbertus . . . . unquam in tempore nolle quod uoluisset quod ad me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum. . . . . . . . nare promitto cum stipulatione subnixa. et nihil mihi ex ipsum precium aliquid . . . . et debere. Dixi. Actum in Castro Ciuitatis Dertona Feliciter.

Signum m. manus suprascripto Giselberto qui anc cartulam uindicionis fieri rogaui et suprascripto argento accepi. et eique relecta est.

Signum m. m. m. manibus Anselmi germano suprascripto. Giselberto et Johannis filii quondam Sironi seu Martinus filius quondam Galferagni legem uiuentes romana testes.

Signum m. m. manibus Rufini . . . . Donadi testes.

Ego Giselbertus tu. . . . . . . . . feci per te huius cartule uindicionis postquam . . . compleui et dedi.

---

## DOCUMENTO XI.

Locazione di beni consentita da Amelio accolito della Chiesa di Genova e custode della Basilica di san Marcellino; i quali beni diconsi posti nella Valle di Lavagna.

979, aprile

(Carte Genovesi, num. 25)

---

Cum Cum Petimus Defensores Amelius Acolitus Januensis Ecclesie et Custos Basilice Sancti Marcellini uti nobis Andrea una cum uxore et filiis masculini. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedat. titulo condictionis locare nobis iubeatis petimus res iuris Ecclesie uestre Sancti Marcellini que posite sunt in finibus Lauaniensis locus ubi dicitur Macinola. id sunt casis uineis ficetis roboretis saletis campis syluis et pascuis. coherentie uero abes ipsa suprascriptas res

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

de uno latere fine *terra sancti Ambrosi et Sancti Naçari.* ab alio latere fine Rio Leuasco. de superiori capite fine Juuo Cerexole... subtus fine Vineale. Infra istas iandictes coherencies omnia quantum antea tenuit Jenitor noster Benedicto pro suis libellis infrascriptis locis una cum exitis earum [1]. seue et petimus petia de terra que nominatur Costa de Prado subtus uia usque in fossado omnia. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquenqne annum pensione Pullo uno Formatico libram unanı. Spondimus in dei nomine atque promittimus infrascriptas res meliorare et pensione Ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus. Tunc liceat uos uel successoribus uestris in istas introire et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Facto Petitorio mense Aprilis. Indictione VII. Imperante Domino nostro Otto in Italia anno XII. indictione infrascripta. feliciter.

Amelius Acolitus Sancte Januensi Ecclesie et Custos Basilice Sancti Marcellini in hoc libello a me facto subscripsi.

---

## DOCUMENTO XII.

Altra consimile locazione fatta dal predetto Amelio.

980, febbraio

(Carte Genovesi, num. 27)

Cum Cum Peto Defensoribus Sacrosante Januensis Ecclesie Vobis Amelio Acolito e Custos Basilice Sancti Marcellini uti nobis Eriprandi et Elduino Jermani una cum uxore et filiis masculinis. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alteri succedere debeat. Tytulo condicionis locare nobis iubeatis. Petimus res iuris Ecclesie uestre Sancti Marcellini que posite sunt in finibus Lauaniensis loco ubi dicitur Macinola et in Clauari. id sunt casis uineis castanetis oliuetis canetis et arbores fructiferos super se habentem. campis siluis et pascuis. et in ipso infrascripto loco Macinola et in Clauari omnia quantum antea tenuit consobrino nostro Eriprando quarta portione. plenum et uacuum ex integrum. et sic pe-

(1) Sino a questo punto il presente libello è simile a quelli del 973 e 977, che vedonsi pubblicati in Appendice al *Registro Arcivescovile*, pag. 420 e 421. Il Poch lo dice « desunto *ex Ms. S. Syri* in foglio in pergamena »; ossia: « *Ex pergaments descriptis* 1205 *a Willelmo Scriba* ».

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

timus nos infrascripti petitores Sorticellam in Macinola et in Clauari omnia quantum antea tenuit Jenitor noster Leoprandus. omnia plenum et uacuum ex integrum petimus. coherentes uero ab ipsam ipsas res. ab uno latere fine terra Sancti Naçarii et Sancti Ambrosii. ab alio latere fine Rio Leuasco. et desuper Jugo Cerexola. et de suptus fine Vineale. infra iste infrascripte coherencie omnia sicut superius scriptum est ex integrum petimus. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum pensionem denarios II. Spondimus in dei nomine atque promittimus infrascriptis rebus meliorare et colere et suprascripta pensione uestra a uobis uel a successoribus uestris inferre. Et si minime fecerimus de quo superius repromittimus tunc liceat uos uel a successores uestri in rex uestra introire et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Facto Petitorio mense Februario. Indictione VIII. Imperante domino nostro Otto in Italia anno XIII. Indictione infrascripta. feliciter.

Amelius Acolitus sancte Januensis Ecclesie et Custos Basilice sancti Marcellini in hoc libello subscripsi.

---

## DOCUMENTO XIII.

Il vescovo Giovanni conferma al monastero di santo Stefano la donazione di Serra abbadessa, nonchè il godimento di quanti altri beni sono dal monastero medesimo posseduti.

987, giugno

(Carte Genovesi, num. 34)

---

Johannes gratia dei Januensis Episcopus. Clericis et laicis notum esse cupimus. Qualiter dum huic Sancte Sedi Beatissimi Sili presideremus Dilecto Filio nostro Heriberto Abbati Monasterii Sancti Stephani quod est foris ciuitate Janue quatenus conueniens Pietas est ut ea que seruis dei largiuntur firma stabilitate seruentur. Tibi enim Heriberto Abbati quod tua deprecatio nobis petiit considerantes seruitium dei quod in hecclesia Protomartiris Christi et propter regulam Sanctissimi Benedicti quam religiose ducis ordinamus atque firmamus eidem Monasterio libellarias quas in territoriis Sancti Sili olim per longa tempora a Beata Sarra hac deo deuota possesse sunt. et idem Monasterio ab ea date in rebus et familiis utriusque sexus seu mobilibus siue immobilibus cum



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

decimis et primitiis et oblationibus et quicquid in e . . . nostro adquisiuit habuit uel tenuit. Concedimus insuper quicquid eidem Monasterio datum fuerit et adquirere poterit. *abba*tes uel Monachi qui ibidem deo deseruiunt uel futuri domino seruituri infrascripta donamus atque firmamus predicto monasterio petiam unam de terra que uocatur Vallis Brammosa que est in territoriis Sancti Sili scilicet Alpibus sicut inde tenuit predicta Sarra per fines uallis eidem que est in Alpe Maxeria. Coheret ei de subteriori capite fossatum quod dicitur Dalauene quod pergit iuxta pedem de Maxerie. De alio latere Costa Discola usque in Alpes. de superiore capite que nominantur Fosse. De alio latere ad Aqua Zole iuxta terram predicti Monasterii. et quicquid in Alpibus Sancti Sili uel territoriis habet uel deinceps ut diximus adquisierit. idest in pratis et siluis in pascuis et herbis in terris cultis et incultis ficetis castanetis oliuetis atque roboretis. omnia in omnibus plenum et uacuum eidem Monasterio constituimus atque firmamus. ita quod nos qui nostre anime mercede presenti Decreto concedimus nullo umquam tempore nec nos nec nos (*sic*) nec successores nostri hoc infringere potestatem non habeamus. Sed firma et stabilis sit concessio nostra salua tamen conditione Potionis. scilicet sex Fialas totidemque Candelas in Festiuitate Natalis Domini et in sollempnitate Pasche quas in domo Sancti Laurentii uos nobis nostrisque successoribus debetis persoluere. Actum est hoc anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXXVII. Imperante nostro domino Ottone VI anno. Episcopatus autem nostri anno quarto et diebus XII. mense Junio. Indicione quinta decima.

Ego Johannes gratia dei ianuensis episcopus.

Ego Bruningus presbiter de eodem cardine hanc firmitatem scripsi et manu propria subtus firmaui (1).

(1) Il raccoglitore Poch, dopo di avere riferita nelle sue *Miscellanee* la presente membrana, le fa seguire queste note: « Mi pare tutto il decreto descritto dall'istesso Bruningo. Pergamena autentica. Sul dorso di mano egualmente antica così leggo: *Decretum beati iohannis episcopi ad sanctum stephanum.* Quindi altra mano meno antica: *Hic fit mentio de pocione siue nectare quod datur archiepiscopo.* D'altra mano antica: *Quedam carta facta usque dccccLxxxxvj* (sic) *que malle legi potest ...... loquitur de poxione* (sic) *danda archiepiscopo.* Altra: *Decimis de Molazana.* Imprestatami dal Sig. Prete Bottaro, che dice trovata nella Raccolta del Sig. Domenico Musso ».

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XIV.

Il vescovo Giovanni introduce nella basilica di san Nazario in Albaro i monaci benedettini di santo Stefano, assegnando loro parecchi beni e diritti; ed inoltre conferma allo stesso monastero le donazioni fattegli da Pietro ed Opizzo giudici, da Serra abbadessa e da altri.

Dopo il 987 (?), maggio

(Carte Genovesi, num. 257)

---

† Johannes per misericordiam Dei Sancte Januensis Ecclesie humilis Episcopus Dilecto fideli nostro Eriberto abbati Ecclesie Beati Stefani proto martiris Christy tuisque successoribus abbatibus omnibusque monachys in eodem loco presentibus et futuris inibi ordinatis Domino famulantibus. Consueta est pietas ut ea que suis uidentur largire subiectis non permittant suam firmatoriam uiolari. ideoque petiit a nobis uestra fidelitas seu considerantes nos uestram deuocionem quod uos pretaxata Ecclesia nostra inpendere uisi estis et futuri eritis tam et nunc nostre persone proinde concedimus uobis qui supra Eriberto Abbati tuisque successoribus omnibusque monachis in predicto Cenobio ordinati uel ordinaturi atque per nostra firmatoria uos firmamus in Basilica Sancti Nazarii que fundata est prope ripa maris in loco qui dicitur Albario ubi ad Sanctos Peregrinos dicitur. cum decimis et primiciis ad supradictam Ecclesiam pertinentibus. per fines et spacia locorum a fluuio Vesano usque riuo Vernazola et a uia publica usque in mare. Et non solum in ipso sancto ac uenerabili loco uos firmamus set in omnibus . . . . . rebus limitibus cispitibus uillis massariciis colonicis cum omnibus decimis et primiciis ad supradictum monasterium pertinentibus. nec non et oblaciones et uota fidelium et quicquid ad ipso sancto ac uenerabili loco uidetur et quod conlatum est a Sarra ancilla Dei nec non et Petro Judice et Opizo Judice (1) et aliorum bonorum hominum uel feminarum et quicquid in antea adquirere potueritis tam uos quam successores uestri omnia uobis concedimus et successoribus uestris. et largimus uobis potestatem fruendi et possidendi. et omni tempore sub potestate prefati Cenobii et Abbatum permaneat qui in eodem Cenobio pro tempore militauerint. et nullus umquam in tempore tam nos quam successores nostri uos uel successores uestros audeat molestare. set no-

(1) Vedi i Documenti VI p. 14, e VII p. 15.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

stra scripcio firma et stabilis permaneat omni tempore. Quam igitur hac nostra firmatoria Gotefredo de Cardine nostre Ecclesie scribere iussimus. in qua et nos subter pro ampliori firmitate manu nostra firmauimus. Facta est hec nostra firmatoria mense madio. Indicione . . . . feliciter.

† Johannes Episcopus in hac cessione subscripsi (1).

---

## DOCUMENTO XV.

Ermengarda vedova del marchese Lamberto dichiara avere acquistati dal prete Roprando i dominii che a costui lo stesso Lamberto avea venduti; ed a sua volta, con aggiunta di altri possessi, li cede per prezzo al prete Gontardo.

989, 15 febbraio

(Pergamena del R. Archivio di Stato in Firenze)

---

In nomine domini dei et saluatoris nostri ihesu christi. anni ab incarnationis eius nongnentesimo (*sic*) hoctuagesimo nono. quinto decimo calendas martii. inditione secunda. Manifesta sum ego ermingarda relicta bone memorie lanberti et filia bone memorie raineri quia quondam lanberto filio bone memorie ildebrandi qui fuit marchio per cartula scripta ex manibus witerni notharii domni inperatoris uenundauitropprandi presbitero filio bone momorie benedicti. id sunt omnibus casis et curtis seo et castellis turris adque rocches simulque monasterium beati sancti petri sito monte uiride siue et ecclesiis adque cappellis quibus sunt positis per diuersis comitatibus locibus et uocabulis iuris suis comitato rosellense locas nuncupante alias comitatas. infra comitato et territurio suanense. siue infra comitato et territurio castro. seo et infra comitato clusio. siue infra comitato et territurio popoloniense. infra comitato et territurio lucense. seo et infra comitato parmense. uel per alias comitatas et territurio locibus et uocabulis. nominatiue ubicumque abebat et possidebat et ei per quacunque ordine legibus erat pertinentes aut pertinere debebantur tam ea iura parentum suorum quam et conquiscito suo quas tunc abebat et possidebat uel quod in antea deo atiuuante legibus adquisisset una cum omnes moniminas suas cartule et breues

(1) Il raccoglitore Poch fa seguire il presente documento da queste note: « Pergamena autentica, segnata sul dorso di mano antica: *S. Nazarii de Albario; Domini Johannis Januensis ; Carta de S. Nazario de Albario et decimis Albarii cum primiciis* ».

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

seo et iudicatas siue inperialis et regalis precenptoras uel qualibet fationes siue repromissionis paginam aut quacunque scripturas cartarum licteras quantas et quales in infrascripto quondam lanberto in eo et missas aut datas uel pertinentes erat aut esse inueniebatur omnia in integrum ei eas uenundauit sicut in cartula ipsa legitur. Postea uero suprascripto ropprando presbitero per cartula scripta ex manibus iohannis nothario domni inperatoris uenundauit mihi qui supra ermingarda. id sunt as omnibus curtis et casis et rebus suis illis quibus sunt positis in suprascriptis denominatis locibus et uocabulis simulque et prenominatas comitatas et territurias quales ei per suprascripta uenditionis cartula pertinere uidebatur et in cartula ipsa continere dinuscebatur in integrum. una cum omnes strumenta cartarum suarum quales ei per suprascsipta cartula pertinere uidebatur una cum suprascripta cartula mihi eas uenundauit et tradidit sicut in cartula ipsa legitur. proinde modo ego qui supra ermingarda per consensu et data licentia obberti mundualdo meo in cuius mundium esse uisa sum per anc cartula uindo et trado tibi gumtardo presbitero filio uualperti de ex predictis rebus quibus fuerunt quondam lamberti nominatiue et predicti ropprandi presbiteri et quales mihi per suprascripte cartule pertinere uidetur. id est medietate ex integra casa et res mea illa massaricias qui est posita in loco et finibus galliano qui recta fuit per oriperto massario et modo recta est per uualperto massario. predicta medietate de casa uero ipsa cum fundamento et omne etdeficio suo seo curtis ortis terris uineis oliuis siluis uirgareis pratis pascuis cultis rebus uel incultis. omnia quantas as suprascripta medietate de casa et res massaricias est pertinentes et suprascriptis denominatis omnibus exinde a manus uestras abuerunt uel abere uidentur in integrum tibi eas uindo et trado consentientes mihi suprascripto mundualdo meo. seo et uindo et trado tibi qui supra guntardo presbitero consentientes mihi suprascripto mundualdo meo. id est una petia de terra mea illa cum ipsa casa super se abentes quam abeo in loco ubi dicitur cortine prope ipso castello per te guntardo presbitero a manu tua detinet. que es tenente ipsa petia de terra uno capo in uia pubblica et alio capo cum uno lato tenet in fossato et alio lato detinet in terra beriti. as suprascripta petias de terra quales ab omnis parte circumdata est et perdissingnata locas omnia in integrum sicut supra legitur. consentientes mihi suprascripto mundualdo meo una cum exscemplar de ambo suprascripte uenditionis cartule per consensum et data licentia suprascripto predicto mundualdo meo. tibi eas uindo et trado. quod quibus a te pretium recepit argentum solidos centum in prefinito. unde repromitto ego qui supra ermingarda consentientes mihi predicto mundualdo meo una cum meis eredes tibi

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

qui supra guntardo presbitero uel a tuis eredes aut eidem omini cui uos suprascripta predicta mea uenditio dederitis uel abere decreueritis ut si nos uobis eos aliquando tempore in aliquo exinde intentionauerimus aut retolli uel subtragi quesierimus nos uel ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio spondimus nos uobis componere suprascripta predicta mea uenditio in duplum inferquidem loco sub extimatione quales tunc fuerit. Na da aliis ominibus nos uobis exinde nec autores nec defensores neque restauratores nec pretium retditores uobis esse non debeamus. set per uos ipsi eas uobis defendere debeatis cum cartula ista et cum exscemplar de ambes suprascripte uenditionis cartule uel quomodo aud quales iuxta lege melius potueritis et per confirmationem iohannis notharii domni inperatoris scribere rogaui. actum lactaria.

† Signum manus eidem ermingarde qui anc cartula fieri rogaui.

† Signum manus suprascripto obberti mundualdo eidem ermingarde in anc cartula consentientes.

† Signum manus ughi filio sassi testis. et pretio dante uidi.

† Signum manus anselmi filio bone memorie iohanni testis. et pretium dante uidi.

† Signum manus albiti filio bone memorie boniti testis. et pretium dante uidi.

† Signum manus iohanni filio uualpiti testis. et pretium dante uidi.

Ego adalbertus notarius domni imperatoris rogatus testis suscripsi. et pretio dante uidi.

Ego petrus rogatus me testis suscripsi. et pretio dante uidi.

Johannes notarius domni inperatoris postradita compleui et dedi.

---

## DOCUMENTO XVI.

Vendita di beni fatta da Jubiano al monastero di santo Stefano.

990, giugno

(« Pergamena autentica, da un lato cadente per l' umido segnata sul dorso di mano antica: *de in Strupa;* recente: 990 ». Carte Genovesi, n. 36).

---

† In dei nomine. anni incarnatione Domini nostri Jesu Christi nogentesimo nonagesimo. mense Junius. Indicione tertia. manifesto sum ego Jubianus (*filius?*) quondam dominici et quod in presencia accepissem

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

et accepi a te Andrea Abbas monasterio Sancti Stefani pretium in ualentem soldorum numerum octo tantum ... litatibus meis pro agendum unde pro isto pretio cot (*sic*) accepi a te uendo trado atque refudo tibi qui supra Andrea Abbas ohec (*sic*) sunt casis et omnibus rebus meis ... sunt positis in ualle Bauali in fundas et locas ubi dicitur . . . . . in Maliolo et in Panegaz ... et in Caneto et in Casa Auroni et in Casale felectoso et in Creto. et pecia una de prato in Stura. et pecias .... de prato in Laureto. tam casis uineis castanetis pometis siluis . . . . pratis et pascuis. omnia plenum et uacuum ex integrum ubicumque . . . portione uel sorte de suprascriptis casis et rebus inuentum fuerit. quicquit antea ... iam dicto Dominicus genitor meus in supradictis locis sicut supra (*legitur*) cum exitus earum ut a presenti die in tua qui supra Andreas Abbas .... potestatem ex mea qui supra Jubanus plenissimam largietatem facio .... cocumque uolueris. salua quidem Luminaria Sancta Ecclesia cuius proprietas est. et liceat te exinde libellum petire .... tum uel cuicumque uolieris (*sic*). et si fieri cot non credo ..... Jubanus si umquam in tempore hego uel meis eredibus aduersum te qui supra Andreas Abbas uel auersus tuisque successoribus de suprascriptis casis et rebus agere et causare quesierim uel ab omni homine defensare non potuerimus preter de cuius est proprietas sunt tibi cuius Andreas Abbas . . . . . sucessoribus tuis componituris pena supradictis casis et rebus . . . . cuilibet locis sicut supra legitur in dublum. quam uero carta ..... uenedicionis mee Marino Notario scribendum rogaui. in qua subter confirmasti testibusque obtulit roborandum. Actum Janua feliciter.

Signum. m. Jubianus qui an cartam uindicionis fieri rogaui.

Signum m. m. m. m. m. manibus Ardirici et Aboni et Aginoni et Benedicti et Dominici rogatis testes.

Marinus notarius scriptor huius carta uin: edicionis (*sic*) post tradita compleui et dedi.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XVII.

Brano di chiusa di donazione fatta dall' imperatrice Adelaide al monastero di san Fruttuoso di Capodimonte, ed iscritto in capo al foglio 2.º del Codice A di detto monastero (¹).

(Archivio di S. E. il Principe D' Oria in Genova)

---

mo uncias duodecim argenti punderas uiginti et quatuor. Et quod repecierimus euindicare non ualeamus. sed pressens hanc cartulam offersionis mee sicut supra legitur firma maneat atque persistat inconuulsa. com stipulacione subnixa. et bergamena cum atramentario de terra eleuans me paginam mihi Oderici notarius et Judex sacri palacii tradedi et scribere Rogauit. in qua subtus confirmans testibus que obtulit roborandam. Actum in sancto Mauricio locus qui dicitur Agaunense feliciter.

Signum m. manus suprascripte Adelegia imperatrix qui hanc cartula offersionis fieri Rogaui ut supra. eque releta est.

Signum m. m. m. m. manibus Bonizo comes et Petrus seu Stefanus atque Adam de suprascriptis.

Signum m. m. m. manibus Gaudencii et Azo seu Angelbertus omnes uiuentes salichates testes.

Ego qui supra Odericus notarius et Judex sacri palacii scriptor uius cartula offersionis post tradita compleui et dedi.

Ego Bonacursus de Bonacurso notarius Sacri Imperii predictum instrumentum ut supra trasscripsi et exemplificaui ab quodam instrumento scripto manu notarii suprascripti signato signis suprascriptis de uerbo ad uerbo nichil adito uel diminuto nisi forte litera silaba seu puncto abreuiacionis causa. non mutato sensu nec uariato intellectu. de mandato et auctoritate domini Bertrami de carcano ciuis mediolanensis Januensis ciuitatis potestatis. Qui potestas precepit mihi Bonacurso notario quod dictum instrumentum et omnia supra scripta deberem exemplare et transcribere in publicam formam ad peticionem donni Boni-

(¹) Il primo foglio manca; nè tal difetto è recente, dappoichè l'atto di cui nel secondo leggesi questa chiusa non trovasi neppur notato in un Indice amplissimo del Codice stesso, fatto nel secolo XVII, e custodito nell'Archivio citato (*Carte di S. Fruttuoso:* cod. num. 31).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

facii abbatis capituli monasterii sancti Fructuosi de capite montis. Qui potestas statuit et laudauit quod predicto exemplo supra scripto a dicto instrumento per me notarium fides ubique adhibeatur tanquam autentico et originali. presentibus testibus Johannes de Bonacursis notarius Azo de stampis Judex dicti potestatis et Filipus cominus Judex eiusdem potestatis. Anno dominice natiuitatis M. CC.° octuagesimo nono. Indicione prima. die XI Madii.

---

## DOCUMENTO XVIII.

Amelberto del qm. Dodone dona due mansi al monastero di san Fruttuoso.

992, 22 agosto

(Codice citato, car. 4)

In nomine domini dei et saluatoris nostri ihesu christi. Otto dei gratia inperator Augustus. Anno imperii eius deo propicio die (1). undecimo Kalendas septembris. Indicione V. Nos quidem Amelbertus filius quondam dodoni de loco grimasco. qui professo sum ex natione mea lego uiuere lungobardorum. propterea dixi quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iuxta Auctoris uocem in hoc seculo centuplum accipiet. Insuper quod melius est uitam possidebit eternam. Ideoque ego qui supra Amelbertus dono et offero in eodem monasterio sancti fructuosi ad monachos. qui modo ordinati sunt uel in antea ordinati fuerint. mansos duos cum casis sediminis et omnibus rebus illis iuris meis quam habere uisus sum in loco et fundo qui nominatur silua. nominatiue ipsos mansos duos que recta et laborata fuerint per boni prando massario et filio eius. et habet fines per costa de piro terra sancte marie et de supra septem uie. et per ualli qui nominatur riosicco. et per uiam que pergit ad bulli. et desuper fine silua. qui ego qui supra amelbertus in mea reseruo potestate. et de alia parte costa acoanasca. et desubtus fine fosato. sibique alie sunt coherentes. qui autem istos duos mansos cum casis sediminis omnibus rebus illis iuris mei supra nominatis una cum accessionibus et ingressoras earum rerum seu cum superioribus inferioribus suarum sicut superius legitur in integrum ab hac die uobis supradictorum in eodem suprascripto monasterio a monachos qui modo ordinati sunt uel in antea ordinati fuerint pro anima mea et anima ermengundi cuniuge mea uel parentum

(1) Correggasi: *decimo*.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

meorum mercede. In predicto monasterio sancto fructuoso dono et offero et per presentem offerssionis proprietario nomine in uobis abendum confirmamus. facientes ex inde a presenti die supra dicti monaci qui modo ordinati sunt uel in antea ordinati fuerint quicquid uoluerint pro anime mee mercede sine omni mea et heredum contradicione. ab omni homine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si nobis ex inde aliquid per quo uis ingenium subtrahere quesierimus tunc in duplum uobis predictis omnibus rebus restituamus. Vt si fuerit episcopus aut ulla potestas qui de suprascriptis casis sediminis et de omnibus rebus tollere aut subtrahere aut aliquam diminucionem facere presumpserit tunc habeat potestatem in me qui supra Amelbertus aut meos heredes suprascriptis rebus reuertatur potestatem. Vnde due cartule offerssionis uno tenore scripte sunt. hanc enim cartulam offerssionis pro mercede et remedio anime nostre supradictorum Amelberti et ermengundi iugalibus uel parentum meorum. me paginam mihi lanperti notarii tradidi et scribere rogaui. In qua eciam subtus confirmans testibus que obtulit roborandam. Actum in palacio feliciter.

Signum m. manibus suprascripto Amelberti qui hanc cartulam ofersionis fieri rogaui. et ei relecta est.

Signum m. m. m. manibus uudunem filii quondam gunroni et ursonis filii quondam liuprandi seu guusonis testis filius tirib. . . de loco grimasco.

Signum m. m. maratini lisoni de locho alpegisi aldi et bo . . . . om. . . . filius quondam lubouldi lege uiuente romana testis.

Ego qui supra lanpertus notarius sacri palacii scriptor cartule ofersionis post tradita conpleui et dedi.

Ego Bonacursus de Bonacurso etc. [1].

---

## DOCUMENTO XIX.

Donazione di beni fatta da Stefano qm. Giovanni ai suoi figli.

993, febbraio

(Pergamena autentica dell' Archivio Governativo, Abbazia di San Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 41).

---

† Anni ab Incarnacione domini nostri Jhesu Christi Nongentesimo Nonagesimo tercio. Mense Februarius. Indiccione sesta. dilectissimi nobis

(1) V. Docum. XVII, p. 32.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

semper Martinus et Andreas et Petrus germani carnali filii mei. Ego quidem Stefanus filius quondam Johannis genitor et donator seu et Benefator uestris propterea disi. Illa est donacionis titulo iuris firmisime que bona ex spontanea uoluntatis mee interueniunt. et ideo ego qui supra Stephanus genitor et donator seu et benefactor uestris do dono cedo trado confero et per anc cartula donacionis in uos qui supra germani carnale filii mei post meum decessum abendum confirmamus. hoc sunt casis et omnibus rebus meis proprietariis et libellariis quam abere uiso sum in loco et fundo Montanisi seu in Juuo adque in ueroni et in Ricau. quantum mihi qui supra Stefanus in suprascriptis locis auenit pro cartula comparacionis de Martino et de Johannis germani mei. tam casis uineis castanetis pometis roboretis salectis siluis pratis campis et pascuis. homnia ex omnibus plenum et uacuum ex integrum quantum mihi aduenit per cartam comparacionis in suprascriptis locis una cum exitis earum. et dum ego qui supra Stefanus auixerimus omnibus suprascriptis casis et rebus in mea sit potestate usu fructuandi. non alienandi. post autem meum decessum omnibus suprascriptis casis et rebus in uestra qui supra germani carnale filii mei uel in eredibus uestris deueniant potestate. faciendi quodcumque uolueritis de rebus libellariis. salua quidem Luminaria Sancta Ecclesia cuius est proprietas. et licead uos exinde libellum petire ad nomen uestrum uel cui cumque uolueritis. et si forsitam ego qui supra Stefanus uel meos heredes qui contra anc cartam donacionis agere aut causare uel corumpere quesierimus uel ab omni omine defensare non potuerimus de rebus libellariis preter de Ecclesia cuius est proprietas tunc spondeo me ego qui supra Stefanus uel meos eredes componere uobis qui supra germani carnale filii mei uel ad eredibus uestris pena suprascripstis casis et rebus sicut supra legitur uel esitis earum in dublo comodo in tempore fuerint melioratis. quam uero cartulam donacionis mee gumpertus notarius scribendum rogaui. in qua subter confirmaui testibusque obtulit roborandum. Actum in uilla Langasco feliciter.

Signum m. manus Stefanus qui hanc cartam donacionis fieri rogauit.

Signum m. m. m. m. m. manibus Marinus et Amelbertus germani et bernardus et Lupo et Boniprandus de ista uilla Langasco rogati testes.

Ego qui supra gumpertus notarius scripsi et subscripsi. compleui et dedi (1).

(1) Sul rovescio di questa pergamena è scritto di mano antica: *De iuuo et Montanisi.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XX.

Andrea abate di santo Stefano loca ad Andrea figlio del qm. Adalgiso una terra da pastinare, sita in Albaro, non lungi dalla chiesa di san Nazario.

993, giugno

(Carte Genovesi, num. 42)

---

In nomine Domini anno ab Incarnacione Domini Jhesu . . . . . . . . . . . . . . . . . . . mense Junius. Indicione sesta. placuit atque conuenit . . . . . . . . . . Sancti Stefani proto Christi martiris et . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Andreas filius quondam Adalgisi ut Dei n*omine* . . . . . . . . . . . . . . . . . . Andrea Abba eidem. . . . Andrei uel a suis eredibus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . et pertinet a predicto monasterio a pastenandum qui posita est in fundo Albario non longe ab Ecclesia predicti Sancti Nazarii. quod est per mensura in giru et circuitu perticas nonaginta et tres a pertica de pede duodecim Domni Liuprandi Rex. Infra iam dicta mensura omnia ex integrum spondeo me ego qui supra Andrea nel meis eredibus iam dicta pecia de terra pastenare de uinea et arbores fructiferos quale ipsa terra meliore portauerit. et usque ad quinque anos e medium expletis nihil tibi exinde redere debeamus nisi per unumquemquem ano agnum unum et pullos duos. et da quinque anni et medio expleti in antea debeant exinde eidem Andrei Abbati uel a suis successores redere per unumquemquem anno uino uel ficas (*sic*) et castaneas medietatem. alia super imposita non sit. pena uero inter se posuerunt ut si Andrea uel suis Eredibus exinde aliqua super inposita fecerint nisi ut supra legitur aut foris desuper locum eos expellere quesierint et ab omni contradicentes homines eis inde in auturitate non fuerint tunc conponat pars parti fideseruanti pena in argentum Denarios Bonos Papienses Soldos uiginti post pena soluta an cartam in suo permaneat robore. quam uero cartam conueniencie nostre ambas partes Fulcoinus Notarius scribendum rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtulimus roborandum. Acto Genua feliciter.

Waraho Judex rogatus subscripsi.

Ego giselberttus rogattus.

Ego Andrea rogatus subscripsi.

† Ego Fulcoinus notarius scribsi conpleui et dedi.

---

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XXI.

Placito di Oberto II Marchese, con cui aggiudica una selva all' Abbazia di san Fruttuoso di Capodimonte.

994, 24 gennaio

(Ved. Muratori, Antich. Estensi, par. I, cap. XV, p. 133; Atti della Società, vol. I, p. 318)

---

## DOCUMENTO XXII.

Beza figlia del qm. Angelberto e vedova di Ingezone e Gauberto suo figlio donano al detto monastero parecchi beni siti nel Comitato di Tortona.

994, 7 febbraio

(Cod. A. di san Fruttuoso, car. 5)

---

Anno Incarnationis Domini nostri ihesu christi nongentesimo nonagesimo quarto. septimo die mensis februarii. Indicione VII. Monasterio sancti fructuosi ubi eius sanctum umatum quiescit corpus constructum in loco ubi dicitur caput montis iusta litus maris. Nos Beza filia quondam Angelbertia (*sic*) et relicta quondam Ingezoni seu gausberitus (*sic*) filio suo et ipsius ingezoni. que professa sum ego ipsa Beza ex nacione mea lege uiuere romana. et ego ipse gaubertus professo sum ex nacione mea lege uiuere langobardorum. offertores et donatores ipsius monasterii. propterea disimus quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iuxta auctoris uocem in hoc seculo centuplum accipiat insuper quod melius est uitam possidebit eternam. Ideoque nos qui supra Beza et gausbertus mater et filio donamus et offerimus in eodem monasterio a presenti die eo ordine ut supra legitur permanendum pro anime nostre et ipsius quondam ingezoni mercede. Id sunt casis et omnibus rebus illis iuris nostris quas habere uisi sumus super fluuio padi in comitatu terdonensis. In locas et fundas douano qui dicitur superiore auuaxoli et ubi casule Bosoni dicitur et Inagneli (1). et sunt

(1) In margine, di mano del secolo XVII, si legge: « Terre poste nello territorio delle ville di Casal bozone, Dova et Agnero, giurisdizione di Torriglia e di Carregha ».

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

ipsa pro mensura iusta inter sediminas et uineis cum aureis suarum seu terre arabilis et pratis qui ierbis et siluis cum aureis suarum totis inscimul iuges octoginta. et si amplius de nostro iuri rebus in eadem locas et fundas douano auuasioli casali bosoni et in agneli inuentis fuerint quam ut supra mensura legitur per hanc cartam offersionis in iure ipsius monasterii sint potestatem eo ordine ut subtus legerit ut dictum est. tam casis. cum sediminibus eius. quam cum areis suarum. terris arabilis et ierbis. pratis. pascuis. siluis ac stalareis riuis rupinis ac palutibus. coltis et incoltis diuisis et indiuisis. una cum finibus terminibus accessionibus et uxibus aquarumque decursibus cum omni iure adiacentiis et pertinentiis earum rerum per loca euocabula ab ipsis rebus pertinentibus uel aspicientibus omnia ex omnibus sicut nostro pro quocumque ingenio pertinet iuri uel pertinentis inuentis fuerint. In Integrum. Que autem istis omnibus casis et rebus iuris nostris supradictis una cum accessionibus et ingresoras seu superioribus et inferioribus earum rerum quomodolibet superius legitur et sunt compreensis in Integrum. Ab hac die in eodem monasterio donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem habendum confirmamus. faciendum monaci illi qui nunc et pro tempore ibidem ordinati fuerint et ecclesie deseruierint ex frugibus earum rerum uel censum quibus exinde anplius eis dederit ad eorum usum et suntu quid uoluerint pro anime mee mercede. et si illud fuerit quod unquam in tempore uenerit pontiffex episcopo sancte Januensis ecclesie qui ipsas res de potestate ipsorum monachorum tollere uoluerint. uel eas comutare aut per libellum uel pro alio modo aliis dare uoluerint uel si ulla potestas uenerint quod ipsi monachi easdem res et fruges quieto ordine abere non permiserint sicut superius legitur. tunc per hanc cartam confirmamus ut statim cum oc aparuerit ueniant ipsis omnibus casis et rebus in potestate nostra uel de propinquioribus parentibus nostris. et tam diutius in nostra potestate persistant fruendum quandiu ille uenerit pontiffes aut potestas qui anc nostra offersio sic stabile esse permiserint qualiter supra decernitur. Nam si presul ipsi episcopus uel aliqua potestas ipsas res et fruges de potestate ipsorum monachorum tollere non quesierit per se uel eorum supinantes personas set ipsi monaci easdem res et fruges quieto ordine habere permiserint sicut superius declaratum est. tunc per hanc cartam confirmamus ut habeat iam dicto monasterio easdem res et ipsi monaci faciant et fruges et reditum uel censum quod exinde annue dominus dederit ad eorum usu et suntu sicut superius legitur quicquit uoluerint pro anime nostre et eidem quondam Ingezoni mercede ut nobis in eternum proficiat ad anime salute et gaudium sempiternum. et nec mihi qui supra beze licead ullo tempore nolle quod uoluit set quod a me

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

semel factum uel conscriptum est sub ius iurandum inuiolabiliter conseruare promito cum stipulacione sub nixa. Hanc enim cartulam offersionis paginam Berrardi notarii sacri palacii tradidimus et scribere rogauimus. In qua subtus confirmamus testibus optolimus roborandum. Vnde due carte offersionis uno tempore tenore scripte sunt.

Signum m. m. manibus istorum beze et gaubertus mater et filio qui anc cartulam offersionis fieri rogauerunt et eorum relicta est.

Signum m. manus rainaldi filius quondam albuini ronzanus teste.

Ego daibertus lege uiuente romana rogatus testes subscripsi.

Signum m. m. manibus gunzoni filius item gunzoni et gisalberti filio Martini testes.

Ego Vuerardus Judex sacri palacii rogatus subscripsi.

Bernardus notarius sacri palacii scriptor uius cartule offersionis post tradite compleui et dedi.

Ego Bonacursus de Bonacurso notarius etc. (1).

---

## DOCUMENTO XXIII.

L' imperatrice Adelaide dona allo stesso monastero due sorti di terreno, l' una delle quali è sita sul Po e l' altra nel luogo di Alpicella.

995, 5 marzo

(Codice citato, car. 3)

---

In nomine dei et saluatoris nostri ihesu christi. Otto dei gracia Imperator Augustus. Anno inperii eius (2) deo propicio XIII. quinto die mensis marcii. Indicione octaua. Monasterio sancti fructuosi quod est constructum prope litus maris sita caput montis ubi nunc donnus Madalbertus Abbas preesse uidetur. Ego Adalegia Imperatrice filia bone memorie Rodulfi regis et relicta domini ottoni imperatoris que professa sum ex nacione mea lege uiuere salicha. propterea dixi quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iuxta Auctoris uocem in hoc seculo centuplum accipiet et insuper quod melius est uitam possidebit eternam. Ideoque ego qui supra Adelegia Impera-

(1) V. Docum. XVII, p. 32.

(2) Cioè propriamente del suo regno.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

trice dono et offero in eodem monasterio a presenti die pro mercede anime mee. id sunt sortes duas cum omnibus rebus ad eas pertinentibus iuris mei quam habere uisa sum super fluuio padi in loco et fundo blonne. una iacet in loco qui dicitur arneuernasca. Alia iacet in loco qui dicitur alpexella. que nunc una ex ipsa reta esse uidetur per Andreas et item quondam Andreas seu Martinus massariis liberis hominibus qui super ipsas sortes super totas insimul per mensura iusta de sediminas perticas iugeales tres et tabulas decem et octo de terris arabilis iuges quadraginta V et dimidia. Item siluis buscaleis et ierbee seu pascuis cum areis suarum iuges decem. que autem istas sortes duas cum omnibus rebus ad eas pertinentibus superius nominatis una cum accessionibus et ingressoras earum seu cum inferioribus et superioribus earum rerum in integrum. Ab hac die ineodem monasterio sancti fructuosi dono cedo trado et per mercedem et remedium anime mee. et per presentem Cartulam offersionis pars a predicti monasterii proprietario iuri habendum confirmo. Insuper per cultellum fistucum notatum. Guantonem. Guasonem terre seu ramum arboris pars predicti monasterii ex inde legitimam facio tradicionem et uestituram. et me exinde foris expuli. uarpiui et absa scito feci. et parti predicti monasterii habendum reliqui. faciendum exinde pars predicti monasterii a presenti die proprietario nomine quicquid uoluerit sine omni mea et heredum ac proheredum meorum contradicione uel repeticione. Si quid uero quod futurum esse non credo si ego ipsa Adalagia quod absit aut ullus de heredibus aut proheredibus meis seu quibuslibet opposita persona contra hanc cartulam offersionis mee quandoque temptauerimus. Aut eam per quouis ingenium infringere quesierimus. tunc inferamus pars predicti monasterii aut contra quem exinde litem intulerimus multa que est pena auro optimo uncias duas argenti ponderans V. et quod repecierimus et uindicare non ualeamus. Set presens hanc cartulam offersionis diuturnis temporibus firma et stabile permaneat atque persistat inconuulsa cum stipulatione subnixa. et bergamena cum atramentario de terra eleuans me paginam mihi tebaldo notario sacri palacii tradidi et scribere rogaui. In qua subtus confirmans testibusque obtulit roborandam (1)

(1) Mancano le soscrizioni e l' autenticazione, benchè nel Codice sia lasciato in bianco lo spazio a ciò necessario.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XXIV.

Udalguda figlia del qm. Ursone, e vedova di Pietro, cede al monastero di santo Stefano il dominio utile della metà di una vigna e degli altri beni livellarii che possiede in vicinanza della città di Genova, nel luogo di san Martino.

996, ottobre

(Ved. Atti della Società, vol. I, p. 223)

---

## DOCUMENTO XXV.

Giselberto ed Ofliza giugali donano al monastero di santo Stefano una terra sita in luogo non discosto da Genova.

997, novembre

(Carte Genovesi, num. 49)

---

† In nomine Domini dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Imperante Domno nostro Tercio Hotto in Italia anno secundo. mense nouember. Indicione undecima. Dilectissimo nobis semper Andreas abbas Monasterii Sancti Stefani proto Christi martire cito non longe a ciuitate Janue et omnibus monahis qui in ipso monastarii (*sic*) nunc ordinati uel in antea domino ordi. . . . . . . . . . . uidetur. nos quidem Giselbertus qui egezo filius quondam Joani et Oficia jugalibus . . . . . professi sumus ambos ex nacione nostra lege uiuere Romana. propterea diximus . . . . . . . . . titulo iuris firmissime que bona espontanea uoluntatis nostre interueniunt. et ideo nos qui supra iugalibus donamus cedimus atque oferimus . . . . . . . uobis qui supra Andreas Abbas et omnibus monahis per remedium anime Geniegeme (1) qui fui Vssori mea et per presentem cartulam ofersionis nostre in uos abendum confirmamus in sumptum uestrorum qui supra Abbas et omnium Monahorum qui pro tempore in predicto monasterio domino seruire uidetur. ohc est . . . . una . . . . . . cum area in qua est. qui posita est non longe ab urbe Janua . . . . . una parte Riuo Tacito. de alia parte uia publica. de tercia parte terra Bonize filie quondam Andrei. de quarta similiter uia publica. sibeque alii sunt coerentes. et est per mensura super totum in circuitum perticas

(1) Oppure Gemegenie (Poch).



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

quinquaginta a perticas de pedes duodecim a pede Domni Liuprandi Rex. que autem suprascripta pecia de terra sicut superius mensuras et coerencias legitur a presenti die in uestra qui supra Abbas et uobis monahis qui in ipso monasteri sunt potestate sunt uestre iure proprietario . . . . . . atque defendatis quandoque tempore cotlibet uestrum de octoto . . . . . monahis qui in isum monesterio ordinati uiui remanserint in loco defuncti subcedant. et in eo uera protestas (*sic*). nos qui supra iugalibus facimus uobis qui supra abbas et omnibus monahis anc ofersione ut si abbas uel monahis ipsius monasterii subscripta pecia de uites sicut superius legitur per cotlibet ingenio de illorum potestatem . . . . . . . . . per cotlibet scriptione obligauerit in aliena persona . . . . . . . . . . . . abbate uel sine monahis quandoque . . . . tempore remanserit . . . . subprascripta uinea sicut supra legitur propinquioribus parentibus nostris. . . . potestatem. et si forsitan unquam in tempore nos qui supra Jugalibus uel nostris eredibus . . . . . . . . . qui supra Abbas et omnibus Monahis uel subcepsoribus uestris subprascripta pecia de uites in uestra tenueritis potestatem. si nos inde agere aut causare quexierimus et ab omni omine contra dicentem uobis inde in autoritatem non fuerimus. tunc spondimus nos qui supra iugalibus uel eredibus nostris componere uobis qui supra Abbas et omnibus monahis suprascripta uinea sicut superius legitur uel esitus earum dublo comodo in tempore fuerit melioratis . . . . . . . cartula donacionis seu ofercionis nostre qui supra iugalibus Fulcoinus notarius . . . . . . . . scribendum rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtulimus roborandum. Actum in Ciuitate Janue feliciter.

Signum m. suprascripta Oficia que anc cartulam donacionis fieri rogauit.

Giselbertus qui ac cartula offersionis a me facta subscripsi et a suprascripta uxore mea consensi.

Signum . . . . . manibus Genuar. . . . . . . . . . ni omnes lege. . . . . . . . . . uiuentes . . . . . .

Ego Fulcoinus *notarius* scriptor cartula uius ofercionis post tradita compleui et dedi.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XXVI.

Lituardo del qm. Fulcardo e suo figlio Alessandro fanno donazione allo stesso monastero delle loro proprietà site nel luogo di Carignano.

999, gennaio

(Carte Genovesi, num. 263)

---

† In nomine Domini dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. inperante Domno nostro Tercio Otto in Italia anno tercio. mense Genarius. indicione duodecima. Tibi Andreas Abbas Monesterio Sancti Stefani proto Christi martiris sito foris et prope anc urbem Januense. Ego Lituardus filius quondam Fulcardi et Alexander Pater et filio. qui professi sumus ex nacione nostra lege uiuere Romana. ofertor et donator tuus. propterea diximus quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis ex suis aliquit contulerit rebus iusta auctoris uocem in oc mundo centuplum accipiat. insuper quod melius est uitam posidebit eterna. ideoque nos iam dictus Pater et filio donamus et oferimus tibi qui supra Andreas abbas et ceteris omnibus Monahis qui tunc in eodem monasterio ordinati sunt uel in futuro ordinati esse debent donamus et offerimus per an carta offercioni in usu et suntu uel subsidium uestrorum abendo confirmamus pro anime nostre mercede. ohc est uinea et omnibus rebus nostris proprietariis quibus sunt poxitis in loco et fundo Caliniano uel in eius territorio. omnia plenum et uaccuum ex integrum. quantum [1] fuerunt iuris quondam Bette filia quondam Leoni qui fuit ussor mea. antepoxito uinea et omnibus rebus illis in predicto loco Caliniano que Hego qui supra Lituardus simul cum suprascripta Betta qui fuit ussor mea per cartula datam abemus at Johannes filius quondam item Joani. nam aliis rebus nostris in prenominato loco per anc cartula offercionis donamus et oferimus tibi qui supra Andreas Abbas tuisque subcepsoribus proprietario iuri. que autem suprascriptis rebus superius nominatis una cum accepsione et ingresso suo seu superioribus inferioribus suis In Integrum ab ac die tibi qui supra Andreas Abbas et ceteris Monahis qui nunc in prefato monasterio ordinati sunt uel deinces ordinati esse debent et per anc cartulam ofercionis ut dissi in usu et sumtum uel subsidium uestrorum proprietario nomine abendum confirmamus pro anime nostre mercede. et si forsitan nos qui supra Pater et filio uel nostris heredibus de suprascripta uinea et omnibus rebus agere aut causare quexierimus uel ab omni omine defensare non

(1) Questa parola è accomodata d'altro inchiostro (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

potuerimus tunc in dublum iam dictis rebus ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. et nec nobis liceat ullo tempore nolle cot uolumus. sed quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus cum stipulacione subnixa. actum in nostro Monasterio feliciter.

Signum m. m. Liutuardi qui anc cartula ofercionis fieri rogaui. et ei relecta est et a subscripto filio suo consensit.

† Ego Alexander cartula ofersionis a me facta suscripsi.

Signum m. m. manibus Leo et Thomas lege uiuentes . . . . . testes.

† . . . aniel rogatus subscripsi.

Alexander rogatus subscripsi.

† Teutefredus Judex rogatus subscripsi.

† Ego Fulcoinus notarius scriptor uius cartula ofercionis post tradita compleui et dedi [1].

## DOCUMENTI XXVII-XXVIII.

Donazione fatta da Adelaide imperatrice al monastero di san Fruttuoso a Capodimonte, di una terra sita in Brugnato.

Altra donazione (supposta) della medesima Adelaide al predetto monastero, di una terra sita al Ponticello (luogo di Capodimonte), della già mentovata in Brugnato, e di tutto il territorio di Portofino; concessione ai monaci del diritto di pesca e di caccia in Capodimonte, oltre quella della potestà giudiziaria all' Abate, con facoltà d' imporre agli abitanti il fodro e le collette.

999, aprile

(Cod. A di san Fruttuoso, car. 2 e 9)

La seconda donazione è in sostanza una replica del tenore della prima, con interpolazioni e mutamenti di grossolana fattura; e perchè di ciò il lettore acquisti sollecitamente la certezza, dispongo qui a rincontro dell' atto vero lo spurio. Nondimeno anche la falsificazione è antica, sì perchè trovasi registrata nei primi fogli del codice, e sì perchè vedesi anch' essa, al pari degli atti più vetusti, autenticata dal notaro Bonaccorso. Due criterii mi inducono anzi

[1] « Pergamena autentica, sul dorso: *Carta de Calintano; de Calignano.* Caratteri antichi » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

ad ascriverla al secolo XII, e sono: 1.° la memoria che, dopo gli ufficii di più remota istituzione, vi si fa pure de' Consoli, contro l' autorità invadente de' quali i monaci in genere miravano a premunirsi, studiandosi eziandio a rendersela propizia pei casi probabili di future contestazioni; 2.° La comparsa di Cristiano arcivescovo di Magonza tra i firmatarii dell' atto: quel cancelliere del Barbarossa, che aveva di sè levata tanta fama (non importa se buona o trista) in Italia, ed avea pur corsa nel 1172 la nostra Riviera Orientale.

L' Ughelli pubblicò pel primo questo documento, ascrivendolo erroneamente però al 986, in cui Ottone III non avea cinta ancora la corona imperiale, ma soltanto portava quella di re; nè disse donde egli lo avesse tolto, ovvero da qual parte gli fosse stato fornito. Bensì quel Cristiano arcivescovo di Magonza sarebbe saltato agli occhi eziandio de' meno veggenti; onde nella lezione dell' Ughelli siffatto nome è sostituito dall' altro di Willigiso, che è quello veramente di chi resse la Chiesa di Magonza dal 975 al 1011 [1]. D' altri errori e di cattive lezioni va pure affetta l' edizione ughelliana, che altri citarono od anche riprodussero in seguito.

Parrà strano che il Muratori, toccando di questo documento negli *Annali*, non ne avvertisse nettamente la falsità; ma, da quanto si rileva nelle *Antichità Estensi* [2], egli non ebbe a mani il Codice, che fu per lui consultato soltanto da Bonaventura De Rossi e da Goffredo De Filippi, uomini volenterosi ma non per fermo di soda critica muniti; e però al grand' uomo fallì la notizia dell' atto vero che noi abbiamo or la ventura di stampare, e che riesce alla più esplicita e chiara condanna dello apocrifo. Ciò non pertanto, a rispetto di quelle parole *pro fomento filii mei Karolli etc.*, non aveva egli mancato di notare: « Niuno per anche ha saputo che l' Augusta Adelaide avesse un figliuolo chiamato Carlo; e se l' avesse avuto, pare impossibile che la storia non ne avesse fatta menzione. Però che si ha da dire di questo diploma? » [3].

(1) Ughelli, *Italia Sacra*, IV. 843; Jaffè, *Monum. Moguntina*, p. 3. 721.
(2) Par. I, p. 133. 183.
(3) Muratori, *Annali*, a. 986.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

In nomine domini dei saluatoris nostri ihesu christi. tercius otto gratia dei imperator Augustus. Anno Imperii eius deo propicio tercio. Vndecimo die Aprilis. indicione XII. Monesterio sancti fructuosi quod est constructum in comitatu genuensi prope litus maris prope locus qui dicitur caput montis ubi nunc donus Madelbertus Abbas peordinatus esse uidetur. Ego Adeleida Imperatrix Augusta filia bone memorie doni Rodulfi regis et relicta bone memorie domini Ottoni Imperatoris que professa sum ex natione mea lege uiuere salicha. offertrix et donatrix ipsius monasterio. propterea dixi quisquis in sancti ac in uenerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iuxta auctoris uocem in hoc seculo centuplum accipiet. insuper quod melius est uitam possidebit eternam. Ideoque ego qui supra Adeleida imperatrix dono et offero a presenti die in eodem monasterio sancti fructuosi pro anima predicto quondam domini Ottoni imperatoris seu mea mercede eo ordine sicut hic subtus legitur. idest pecia una de terra aratoria iuris mei quam abere uisa sum in loco et fundo Vrbe iacens ad locus ubi brugneto dicitur. que est pecia ipsa de terra per mensura iusta iuges quinquaginta. coeret ei de duabus

In nomine domini dei et saluatoris ihesu christi. tercius otto dei gratia imperator augustus. Anno imperii eius deo propicio tercio. primo die aprilis. Indicione XII. Monasterio sancti fructuosi quod est constructum in comitatu. Januensi prope litus maris locus qui dicitur caput montis ubi nunc donnus madelbertus abbas preordinatus esse uidetur. Ego adelegia imperatrix augusta filia bone memorie domini rodulfi regis burgundie (1) et relicta bone memorie donni otonis imperatoris que professa sum ex nacione mea lege uiuere salicha offertris et donatris ipsi monasterio. propterea dixi quisquis in sanctis locis ac uenerabilibus ex suis aliquid rebus contulerit iuxta actoris (*sic*) uocem in hoc seculo centuplum accipiet. insuper et quod melius est uitam possidebit eternam. Ideoque ego qui supra Adalegia Imperatrix dono et offero a presenti die in eodem monasterio sancti fructuosi pro anima predicti quondam domini octonis imperatoris proceris mei seu mea mercede et pro fomento filii mei Karolli quem dominus deus et saluator noster ihesus christus redidit in defluctibus maris turbidi uiuum et sospitem (2) per merita Beatissimi fructuosi ac per oraciones bonorum uirorum ibidem domino famulancium eo

(1) *Burgundie*. Questa parola è aggiunta (di mano del sec. XIV) sopra la linea.

(2) Questo fatto è qui derivato al certo come una reminiscenza di quanto leggesi di Ottone II; il quale si sa che gittatosi in mare, nelle acque di Rossano, da quell'abile nuotatore ch'egli era, sfuggì di mano ai Greci. (Ved. Muratori, *Annali*, a. 982).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

partibus terra mea qui supra Adelaide imperatrix quod in mea reseruo potestate. et da reliquis duabus partibus uias publicas. sibique alii sunt coerentes. que autem ista pecia de terra aratoria iuris mei in eodem loco et fundo urbe supradicta una cum accessione et ingresso seu superioribus et inferioribus suis quibus supra mensura et coerentia licet minus ab hac die in eodem monasterio sancti fructuosi iam dicta pecia de terra donare et offerre uideor in eo uero ordine ut subtus legitur. ita ut faciant exinde predictus Albertus et monaci ipsius monasterii qui nunc et pro tempore in eodem monasterio ordinati fuerint et die noctuque deo deseruierint ad eorum usu et suntu de predicta pecia de terra seu de fruge et redditum uel censum quod inde exierit et dominus dederit quicquid uoluerint sine omne mea et heredum ac proheredum meorum contradicione uel repeticione. atque pro anima mea et predicto quondam domini ottonis Imperatoris seu parentorum meorum mercedem. Insuper ego que supra Adelaida imperatris parti ipsius monasterii sancti fructuosi de predicta pecia de terra legitiman facio tradicionem et uestituram per cultellum fistucum notatum Vuantonem et Guasonem terre atque ramum arboris. et me exinde foris expuli uuarpiui et absa sito feci et ad parte ipsius monasterio eam reliquo faciendem exinde pars ipsius monasterio a presenti die eo ordine ordine sicut hic subtus legitur. Id est peciam unam de campo aratorio iuris mei. et habere uisa sum in loco et fundo urba uel eius territorio. et iacet alatus loco ubi dicitur ponticellus. quod est pecia ipsa de campo per mensuram iustam iugeas centum duodecim. Coheret ei ab una parte pratum. ab alia fontana sperundei et orbexella. a tercia pratum lungum. a quarta pratum et orbexella. Et peciam unam terre aratoriam et iacet loco ubi dicitur brugnato. in fundo urbe. et est ipsa pecia per mensuram iustam iuges quinquaginta. coheret ei de duabus partibus terra mea quam in mea reseruo potestate. de reliquis duabus partibus uias publicas. sibique alteri sunt coherentes. In comitatu Januensi totum portum delfinum cum accessibus et egressibus cum superioribus et inferioribus suis. et cum omni iurisdicione. cum piscaria falchonaria et omnibus uenacionibus capitis montis. ita quod nullus archiepiscopus episcopus dux marchio comes Vicecomes Castaldo Scudasius decanus Consul nullaque persona magna uel parua possit aufferre fodrum seu collectam uel dacitam aliquam in ipso loco nec tenere placita de hominibus habitantibus siue degentibus in eodem loco. Sed abbas monasterii nominati habeat nostra concessione et confirmacione nulla obstante exceptione plenam iurisdicionem causas cognoscendi et sententias diffinire. fodrum et collectas imponere moderatas. omnes antiquas raciona-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

sicut hic subtus legitur quod uoluerint sine omni mea et heredum ac proheredum que meorum contradicione uel repeticione. seu pro mercede anime mee et predicto domino ottoni imperatoris atque predictorum parentorum meorum mercedem. Si quis uero. quod futurum esse non credo. si ego ipsa Adelaida imperatrix quod absit aut ullus de heredibus ac proheredibus meis seu quislibet opposita persona contra hanc cartulam offersionis ire quenquam temptauerimus. aut eam pro quouis genium infringere quesierimus tunc inferamus partim ipsius monasterio uel contra quem exinde litem intulerimus multa que est pena auro optimo uncias decem argenti ponderas XX.ti et quod repetierimus et uindicare non ualeamus. presens anc cartulam offersionis dictis temporibus firma permaneat atque persistat inconuulsa. cum stipulacione subnixa. Nam si forte Abbas ipse et predicti monachi et predicti monasterio de predicta pecia de terra seu de fruges et redditum uel censum quod exinde exierit inquietati fuerint et eis quiete et inlibate habere non permiserint sicut supra legitur. tunc uolo et statuo ut ueniat ipsa pecia de terra in potestate mea uel de propinquioribus meis parentibus qui tunc apparuerint. et tandiu in eorum potestate ipsa pecia de terra et fruges que inde exierit persistat fruendum. cousque illa uenerit potestas aut pars ipsius monasterio qui hanc meam offersionem adimbiles consuetudines regales ab habitatoribus ipsius capiendi habeat facultatem. Insulam namque ipsius loci eodem monasterio dono et offero pari mercede. Que omnia superius nominata ab hac die dono et offero in eodem sanctum et uenerabile monasterium ut dixi pro animarum nostrarum mercede ad usum fratrum et monachorum sumptum qui ibidem pro tempore deo famulantium seruierint. Insuper per cultellum fistucum notatum uuantonem et uuasonem terre atque ramum arboris et anfora plenam aqua maris ibidem exinde legitimam facio donacionem et tradicionem et uestituram. foris me expuli et exinde uuarpiui et absarcito *(sic)* feci et pars ipsi monasterio pro animarum nostrarum mercede relinqui. facientes exinde proprietario nomine quidquid uoluerint sine omni mea et heredum ac proheredum meorum contradicione uel repeticione. ad tenendum habendum possidendum usufructamdum et in perpetuum posidendum. Si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipsa Adelegia inperatrix quod absit et ullus de heredibus ac proheredibus mei seu quelibet oposita persona contra hanc cartulam offersionis ire quandocumque tenptauerimus aut eam per quoduis ingenium infrangere quesierimus uel ab unoquoque homine non defenssauerimus. tunc inferamus pars ipsi monasterio uel contra quem exinde litem intulerimus multa que est pena auro optimo uncias duodecim argenti

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

pleat sicut supra legitur. Nam si ad neminem personam ipse Albertus et predicti monachi exinde inquietati non fuerint tunc habeant iam dicta pecia de terra et predictas fruges et redditum quod inde exierit et faciant in eo protestacio sicut superius legitur ad eorum usu et sumptu quicquid uoluerint pro anima mea et predicto domino ottonis imperator seu parentorum meorum mercedem. Et bergamena cum atramentario de terra leuaui me paginam iohanni notario sacri palacii tradidi et scribere rogaui. in qua subtus confirmans testibusque optuli roborandam. Fatum in Vila que dicitur dema (1) iudiciaria alsasiense feliciter.

Signum m. mei infrascripte Adaleida imperatrix qui hanc cartulam offersionis fieri rogauit. et ei relecta est.

Signum m. manus luizoni filii quondam ermenfredi legem uiuente salicha testis.

Signum m. m. m. manibus ad . . i filii quondam Andrei et Stephani filii quondam giselberti Amizoni filii quondam bononi testes.

Signum m. m. manibus pedreuerti filio Rufini et Aimoni filio quondam nazarii testes.

Ego Ebbo Judex domini Imperatoris dei gratia subscripsi.

Ego Adam Judex sacri palacii dei gratia subscripsi.

Ego qui supra Johanes Notarius sacri palacii scriptor huius cartule

ponderas uiginti quatuor. et quod repecierimus et uindicare non ualeamus. Sed prescens hec cartula offersionis mee sicut superius legitur firma maneat atque persistat incunuulsa cum stipulacione subnixa. et pergamena cum atramentario de terra eleuans me paginam mihi Oderico notario et Judex sacri palacii tradedi et scribere rogauit. In qua subtus confirmans testibusque obtulit roborandum. Actum in sacro sancto fructuoso loco qui dicitur caput montis prope urbem Januensem feliciter.

Signum m. manus Adelegie imperatricis que hanc cartulam offercionis fieri rogauit ut supra. et relecta est.

Signum m. m. m. m. Manibus Cristiani Moguntini Archiepiscopi bonizonis comitis petri seu stefani atque Adentes testes.

Signum m. m. m. manibus Gaudentii et Azoni ac Angelberti omnes lege uiuentes salichates testes.

Ego Odericus notarius et Judex sacri palacii et scriptor huius car-

(1) *Dema*. Questa parola è scritta d'altra mano sulla pergamena raschiata.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

offersionis per data licencia domni ermani comes istius comitatu asasiense post tradita çompleui et dedi.

Ego Bonacursus de Bonacurso Notarius etc. (¹).

tule offersionis post tradita Rogatus compleui subscripsi et dedi.

Ego Bonacursus de Bonacurso Notarius etc.

## DOCUMENTO XXIX.

Ottone III imperatore conferma alla Chiesa di Vercelli i beni dalla medesima posseduti, e fra gli altri *praedia . . . Thedixii de Lavagna.*

999, 7 maggio

(Ved. Durandi, Piemonte traspadano, p. 148; Provana, Studi critici sovra la storia d'Italia, nel vol. VII, serie II, delle Memorie della R. Accademia delle scienze di Torino, p. 343).

## DOCUMENTO XXX.

Corrado, detto anche Alberico, del qm. Adelfredo, fa dono al monastero di santo Stefano di una terra con vigna sita nella località di Serra in Paverano.

999, 3 settembre

(Carte Genovesi, num. 52)

In nomine domini Dei et Saluatoris nostri Jesu Christi. tercio Otto gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio quarto. tercio die mense setember. Indicione duodecima. Monasterio Sancti Stefani martiri Cristi sito loco num multum longe Ciuitate Janua prope uia publica que pergit a porta Superana ipsius Ciuitatis. Ego Cunrado qui et Albericus filius quondam Adelfredi qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere saliha offertor et donator ipsius Monesterii. propterea dixi quisquis in Sanctis ac in uenerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iusta auctoris uocem in oc seculo centuplum accipiad. insuper quod melius est uitam possidebit eternam. ideoque ego qui supra Cunrado

(¹) V. Docum. XVII, p. 32.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

offertor et donator ipsius monesterii a presenti die pro anima mea mercedem. it est pecia una de terra cum uinea super se abente iuris mea proprietaria que posita est in loco et fundo Papariano. locus ubi dicitur Serra. et est ipsa pecia de terra per mensura iusta in longitudo perticas octo et pedes septem. de alio capite perticas octo et pedes tres. a perticas de pedes duodecim a pedes Donus Liuprandi Rex. que autem suprascripta pecia de terra cum uinea infra se abente supradicta una cum accesione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur In Integrum ab ac die in eodem monesterio Sancti Stefani dono et offero et per presentem cartulam offercionis ibidem abendum confirmo. Insuper per cultellum fistucum notatum uuatonem et uuasonem terre adque ramum arboris a parte ipsius monesterii legitimam facio tradicionem et uestituram. et me exinde foris expuli uuarpiui et apsa sito fecit et a parte ipsius monesterii eis abendum relinqui. ita ut faciant Abbas uel Monahos illos qui pro tempore in eodem monesterio ordinati fuerint et Deo deseruierint ad eorum usu et suntu quod uoluerint pro anima mea meorumque parentum mercedem sine omni mea et eredum meorum contradicione uel repeticione. si quis uero quod futurum esc non credo si ego ipse Cunradus aut ullus de Eredibus ac proeredibus meis seu quislibet oposita persona contra anc cartam offersionis ire quandoque tentauerimus aut eam pro couis ingenium infrangere quesierimus tunc inferamus ad illam partem contra quem exinde litem intulerimus multa quod est pena Auro optimo unceas quatuor Argento ponderas sex. et quod repetierimus et uindicare non ualeamus. set presens anc cartula offersionis diuturnis temporibus firma et stabilis permanead adque persistat inconuulsa con stipulacione subnixa. anc enim offersionis carta et Bergamena cum Atramentario de terra eleuans me paginam Silueradus notarius tradidit et scribere rogauit. in qua subter confirmans testibusque obtulit roborandam. Actum Ciuitate Janua feliciter.

† Cunradus in ac cartula offercionis a me facta manu mea firmaui.

Signum m. m. m. m. m. . . . . manibus Stefanus et Albertus et Johannes et Agino et Albixo . . . . . . . . . . . rogatis testis.

Adelfredus rogatus subscripsi.

Signum m. . . . . manus . . . . . Razo lege uiuentes Saliha testes.

Johannes rogatus subscripsi.

Ego Silueradus notarius scriptor huius cartule ofersionis post tradita compleui et dedi (1).

(1) « Pergamena autentica segnata sul dorso di mano antica: *Credo quod sit de terra de Marassio quam diu tenuerunt* . . . . , seppur v' intendo perchè v' è logoro » ( Poch ).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XXXI.

Azzo abate di santo Stefano fa locazione della terra suddetta.

999, settembre

(Pergamena dell' Arch. Gov.; Carte Genovesi, num. 53)

Cum Cum Peto defensoribus sacro sancte Januensis Ecclesie ubi preest Dominus Azo Abbas uti nobis Guinizo una cum uxore et filiis uel filie. et si unus ex nobis mortuus fuerit unus alterius succedat. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris Ecclesie uestre Sancti Stefani proto martir que posita et in Valle Vesano in uilla Papariano locus ubi nominatur Serra. et est predicta pecia de terra una cum uinea et arbores fructiferos super se abente per mensura in longitudo perticas undecim. et in latitudo de uno capite perticas octo et pedes septem. et da alio capite perticas similiter octo et pedes tres. a perticas de pedes duodecim a pedes domni Luiprandi Rex. Infra ipsas mensuras omnia petimus In Integrum. Ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris per unumquenque annum exinde pensionem denarios duos. Spondimus in Dei nomine adque promittimus suprascripta pecia de terra laborare et colere et pensionem Ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus tunc licead uos uel successoribus uestris in suprascripta pecia de terra introire et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium Sancte Ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placed hec peticio nostra hunc libellum scriptum et manu uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et alium simile annobis (*sic*) factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine Sancte Ecclesie uestre tradidimus conseruandum.

Facto Petitorio mense September. Indicione tercia decima (1). Imperante Domno nostro tercio Otto in Italia anno tercio. Indicione suprascripta feliciter.

Signum m. m. m. manibus Johannis et item Johannis et Jouenale te tes (2).

(1) Questa indizione veramente non correva nel terzo anno dell' impero sibbene in quello del regno di questo Ottone, corrispondente al 985. Ma allora l' abate di santo Stefano era Andrea, del quale vedemmo parecchi atti dal 990 al 998.

(2) Sul dorso di questa pergamena, leggesi di mano antica: *Carta de Serra locus ubi dicitur papariano.* E quindi di carattere del secolo XIV: *De pavariano siue de Marasio super costam.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XXXII.

Tommaso giudice del qm. Todolgrimo dona al monastero di santo Stefano la metà de' suoi beni posti in Mortedo.

999, dicembre

(Carte Genovesi, num. 56)

---

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

licentia et potestate *facere* (?) cartula dotis et donacionis . . due mansora anima sua (?). et si mortuus fuerit infra eta sine filio uel filia de legitima procreacione statim deueniant omnibus rebus in eas auctore a Bonouasallo eredibus et aliis omnibus rebus nostris in Pelio et in camerli uel in eorum pertinenciis ad Aldo Diaconus et Albertus et Mauro. aliis omnibus casis et rebus ueniat in potestate uulpe et filio et filia sua in tali tenore. si mortuus fuerit sine filio uel filia de legitima procreacione omnibus rebus que fuit quondam Perus Judici ueniant ad omnibus meis propinq . . . . . . pertinet contracti *ratione* (?) da parte quondam ienitor meus et manso uno in Strupa et in Galianico ubi dicitur capran . . omnibus suis pertinenciis a Belone et Johannes Diaconus et a nepotibus suis et omnibus rebus que mihi pertinet ex parte genitrex mea Amelberta et Anglerio et Andrea et Anselm . . . et omnibus casis et rebus que fuit quondam Leda cuniux mea ueniant ad omnes filii Bonusuasallo et firmana sua et filii wilielmi et filii totrada.

Testes michael. Bruningo. Mauro. Vgolam. fr . . . . am . . . in mense Madius. Indicione VII. coma . . . na cadaplauma et mansione infra ciuitate Janua. ante mansione quondam deo te salue (1).

---

## DOCUMENTO XLVIII.

Rufino prete acquista beni in Basaluzzo da Andrea del qm. Benzone.

1009, 21 agosto

(Pergamena autentica dell' Archivio Governativo, Abbazia di San Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 76)

---

In nomine domini dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Enricus gratia dei Rex. anno Regni eius deo propicio ic in Italia sesto. duodecimo kalendas setember. Indicione octaua. Constad me Andreas filius quondam benzoni. qui profeso sum ex nacione mea legem uiuere Romana. acepisem sicuti in presencia testium accepi ad te rufinus presbiter habitator in loco Baselheucia argentum ac*cto precio denarios* bonos solidos sexaginta finitum precium per meam porcionem et diuixionem . . . . . erosis et omnibus rebus illis et de molendinum unum cum omnia ordinacione

(1) « Pergamena segnata sul dorso, come parmi, di mano antica: *De Albario* » (Poch).



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

sua da macinare super se abente quod est edificato in fluuio Lemore iuris monesterio Sancti Saluatori [1]. quam abere uiso sum in loco et fundo baselehucia et infra castro quamque et foris uel inneius (*sic*) territorio . . . . quitquit inniso (*sic*) loco et infra Castro quamque et foris uel inneius territorio abere uidetur in integrum . . . ditam est tam preditis casis et omnibus rebus tam sediminas et uineis pratis gerbi passcui siluis astelareis ripi rupinis a palutibus coultis et incoultis diuixi et indiuixis una cum finibus terminibus . . . . . uendo ego qui supra Andrea tibi ian dito Rufini presbitero per anc cartulam uindicionis et pro eodem precio omne mobilia et bestiis in integrum et facias . . . . . iusta consuetudine isius loci quitquit uolueritis.

In suprascripto Loco. Baselheucia. feliciter.

Signum . . . . manibus Joani et Angelberti seu Martini omnes Legem uiuentes Romana testes.

Signum m. m. manibus Petri et Rufini testes.

Ego Gisulfus notarius Sacri Palacii scriptor uius cartule uindicionis post tradita compleui ededi.

---

## DOCUMENTO XLIX.

Il predetto Rufino fa donazione allo stesso Andrea, ed al di lui figlio Renzo, dei beni acquistati come sopra.

1009, 22 agosto

(Pergamena dell' Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 77)

---

In nomine domini Dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Enricus gratia Dei Rex. anno Regni eius Deo propicio ic in Italia sesto. undecimo kalendas setember. Indicione octaua. Ego Rufinus presbiter qui profeso sum ex nacione mea legem uiuere Lamgobardorum. propterea disi uita et mors in manu Dei est. melius est enim omine metui mortis uiuere quam spe uiuendi morte subetanea preuenire. manifestum est mihi qui supra Rufini presbitero eo quod odie [2] uenundaui mihi Andres filius

[1] Cioè del monastero di san Salvatore di Pavia, dal quale appunto il luogo di Basaluzzo (*Basiliguita*) dipendeva, per donazione fattagliene dall' imperatrice Adelaide e confermata in vigore di diplomi di Ottone II del 982, di Ottone III del 1000, di re Ardoino del 1002, d' Arrigo II del 1014, e di Corrado il Salico del 1023 (Ved. Margarinus, *Bullar. Casinen.*, vol. II, constit. 60, 68, 71, 77, 82).

[2] Veramente la vendita era seguita il giorno prima.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

quondam Benzoni pro carta uindicionis et pro aceto precio Argentum denarios bonos solidos sexaginta. nominatiue casis et omnibus rebus illis cum unam porcionem et diuisionem de molendinum unum cum omni ordinacione sua da macinare super se abente quod est edificata in fluuio Lemore que fuerit iuris monesterii Sancti Saluatori et abere uisus fui in loco et fundo Baselheucia et infra castro quamque et foris uel in eius territorio. pratis casis et omnibus rebus designatis. similiter uenumdaui mihi Andreas per anc cartam uindicionis et pro eodem precio omnem mobilia et bestiis que fui similiter iuris sui. ut a presenti die in meam ut ego dedise uel abere statuisse fuise potestatem abendum. et faciendum exinde quod uoluissem. modo uero considerante me dei onnipotentem misericordie et retribucione seu mercede anime mee ut nec omnia sicut supra legitur innordinatis relinquam. propterea prouidit ei ita ut ordinare et disponere ut omni tempore si firmis et stabile permanendum qualiter ic sut (1) statuero et mea decreui uoluntas pro animea mea mercedem. ideoque uolo et statuo seu iudico adque pro ac carta ordinacionis mee confirmo ut abead ego ise Andreas diebus uite sue predictis casis et omnibus rebus cum iandito molendinum cum omni ordinacione sua da macinare super se abente seu predita mobilia et bestiis tantum utsufrotuario nomem quitquit uoluerint pro anima mea mercedem. post autem eidem Andrei decessum uolo et statuo seu iudico ut abead Rehenzo Infantulo filio suprascripto Andrei ianditis casis et omnibus rebus et predito molendinum cum ordinacione da macinare supra se abente seu predita mobilia et bestiis. et faciad exinde ise Rehenzo a presenti post eidem Andrei Genitor isius Rehenzoni decessum iusta consuetudine isius loci quiquid uoluerint pro anima mea mercedem et pro onore Sacerdoci mei. et nec mihi licead ullo tempore nolle quod uoluis (*sic*). se (*sed*) quod ad me semel factum uel conscriptum est conseruare promitto con stipulacione sunixa. anc enim cartulam ordinacionis paginam Gisulfi notarius Sacri Palatii tradidit et scribere rogaui. in qua subtus confirmans testibus obtuli roborandum. Actu in suprascripto Loco Baselheucia feliciter.

Ego Rufinus presbiter et qui in anc cartula ordinacionis a me facta subscripsi.

Signum . . . . . manibus Petri et Rufini seu Joani testes.

Signum m. m. manibus Martini et Angelberti ambos legem uiuentes Romana testes.

Ego qui supra Gisulfus notarius Sacri Palacii scriptor uius cartula ordinacionis post tradita compleui et dedit.

(1) *Subter o subtus.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

# DOCUMENTO L.

Alberto figlio del qm. Leone di Cesino acquista beni da Giovanni ed Olberga e da Giovanni e Sigilberga.

1010, maggio

(Carte Genovesi, num. 79)

---

In nomine domini dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Emricus gratia dei Rex. anno Regni eius deo propicio in Italia septimo. quinto kalendas iunii. Indicione octaua. Constand nos Johanne filius quondam item Johanni et Olberga Jugalibus filia quondam mar . . . . . de monte et item Johanne filius quondam item Johanne et Sigilberga iugalibus filia quondam mur . . . . . monte qui profassi sumus nos Jugales ambo ex nacione nostra legem uiuere Romana . . . accepisemu noss Johanne et Alberga (*sic*) Juga Jugalibus et Johanne et Sigilberga iugalibus comuniter . . . . accepi ad te Alberto filio quondam Leoni de Cisino argentum pro denarios b*onos* solidos duo finitum precium pro cuntis casis sediminos et omnibus rebus illis iuris nostris iugalibus que aberem uisi sumus in locas et fondas Plonhe. et sunt rebus ipsis pro mensura iusta in to . . . . . *se*diminibus et uineis et castanetis cum areis suarum seu . . us gerbis Juga una et bon . . . . una parte fossato Ruberscus qui in costa de gagio. de alia parte costa mauri . . . pius qui in Juuentina. et si amplius de nostro iuris rebus infra ipsas coerencias . . . . in eodem loco et fundo Plonhe . . . . . Johanne et Alberga . . . . Actum in loco . . . . . a feliciter.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Signum . . . . . manibus Almerici filius quondam Restani et Ingelberto seu Ildeprando Lege uiuentes romana testes.

Signum . . . . . Johanni filius quondam Rihardi et Johanne filius quondam Restani testis.

Ego Giselbertus notarius sacri palacii scriptor huius cartula uindicionis postradita compleui et dedi [1].

[1] « Pergamena autentica. Sul dorso, di antico: *De Plunke* » (Poch).

---

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LI.

Silverado ed Amiza giugali donano ad Officia un pastino nel luogo di Rivarolo in Polcevera.

1011, 1 aprile

( Carte Genovesi, num. 81 )

In nomine Domini Dei nostri et Saluatori Jhesu Christi. Enricus Dei gratia Rex. anno regni eius Deo propicio hic in Italia septimo. kalendas aprilis. Indicione nona. Tibi Officia dilecta amica nostra nos Silueradus qui et Razo uocatur filio bone memorie Andrei de loco Riuariole et Amiza iugalibus. ego Silueradus qui et Razo eidem Amize coniugi mea consenciente et subter confirmante. qui professi sumus nos ipsi Jugales ambo ex nacione nostra lege uiuere Romana. amicus et amica seu et donatores tui. propterea dissimus. quapropter donamus a presenti die dilectionis tue et in tuo iure et potestate per hanc cartula donacionis proprietario nomine in te abendum confirmamus. Hoc est petia una de uinea cum area ubi estat cum canneto et arboribus fructiferis inibi abente quod est pasteno iuris nostra proprietaria qui posita est in loco et fundo ubi Riuariole dicitur. et fines sic decernitur. De una parte terra de hered . . . quondam Luponi. de alia parte terra de Hered . . . ipsius Luponi. de tercia parte terra Anne filia quondam huidoni. de quarta parte fluuio Tanaturbella. sibique aliis sunt coherentes. Infra iam dictas coerencia omnia et ex omnibus plenum et uacuum in integrum. que autem ista pecia de uinea cum iam dicto canneto et arboribus fructiferis inibi abente sicut supra decernitur una cum accessione et ingresso uel esito suo seu cum superioribus et inferioribus suis sicut superius coerencias legitur in integrum ab hac die tibi qui supra Oficia Amica nostra donamus cedimus tradimus et per hanc cartulam donacionis proprietario nomine in te abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die tu et heredibus tuis aut cui uos dederitis uel abere statueritis iure proprietario nomine quiquit uolueritis sine omni nostra uel heredum nostrorum contradicione. quidem et spondimus atque promitimus nos qui supra Silueradus et Amiza Jugalibus una cum nostros eredes tibi qui supra officia amica nostra tuisque eredibus suprascripta pecia de uinea et canneto qualiter superius coerencia legitur in integrum ab omni homine defensare. qui si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquit per couis ingenio subtraere quesierimus. tunc in duplum eadem donacio ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in con-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

simile loco. quidem et at hanc confirmandum donacionis cartule accepimus nos qui supra Jugalibus at te qui supra oficia amica nostra exinde Launechilt mantello uno ut et nostra donacio sicut supra legitur in te tuisque heredibus peremnis temporibus firma permaneat adque persistet. et nec nobis iugalibus liceat ullo tempore nolle quid uoluimus. set quod at nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus cum stipulacione subnixa. Actum in ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripta Amiza quid (*sic*) hanc cartula donacionis fieri rogauit et suprascripto Launechilt accepi. et eique relecta est.

Silueradus a me facta (*sic*) subscripsi et subscripta uxor mea consensi.

Signum m. m. m. manibus Johanni et adelberti et item Johanni lege uiuentes romana testis.

† Johannes notarius rogatus subscripsi.

Andrea rogatus subscripsi.

† Ego marinus notarius et Judex sacri palacii scriptor huius cartule donacionis post tradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO LII.

Corrado diacono dona al clero della Chiesa di Genova una vigna sita in Carignano, con riserva però dell' usufrutto durante la sua vita e quella di Godoltruda figlia del qm. Eriberto.

1011, luglio

(Carte Genovesi, num. 82)

---

In nomine Domini Dei et saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia Dei Rex. anno regni eius Deo propicio hic in Italia octauo. mense Julio. indicione nona. Vobis Broni . . . . . . . Archipresbitero et Ericus Archidiaconus de ordine Sancte Januensis Ecclesie et ceteris diaconibus atque subdiaconibus seu Clericis omnibus qui nunc in eadem ordine Sancte Januensis Ecclesie ordinati sunt et esse debent. Ego enim in Dei nomine Cunradus Diaconus de eadem ordine Sancte Januensis Ecclesie filius quondam Giselberti qui professo sum ex nacione mea lege uiuere Romana donator et ofertor uester. propterea dissi quisquis

(1) « Pergamena autentica segnata sul dorso, di mano antica: *Cartula de Rivarolo, de Ripariolio* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

in Sanctis ac uenerabilibus locis uel at Sancti Dei sacerdotibus de suis contullerit rebus iusta octoris uocem in hoc seculo centuplum accipiet. et quod melius est uitam possidebit eternam. ideoque ego qui supra Cunradus Diaconus dono et ofero post meum decessum et decessum Godoltruda filia quondam Eriberti uobis qui supra presbiteri et Diaconi atque subdiaconibus uel Clericis omnibus uestrisque subcessoribus et per hanc carta offersionis in suntum uel subsidium uestrorum perennis temporibus in uos abendum confirmo. hoc est uinea et omnibus rebus atque arboribus fructiferis inibi abente iuris mea proprietaria quam abere uiso sum in loco et fundo Caleniano uel in eius territorio. cui coerit ad fines ab uno latere. . . . . . publica. ab alio latere uinea et rebus que detinet Adalbertus gua . . . . da tercio latere uia que dicitur Crosa. de quarto uero latere uinea et rebus que detinent filii quondam Berizonis sibique aliis sunt coerentes. et est ipsa uinea et rebus per mensura iusta in circuito perticas octuaginta a perticas de pedes duodecim a pedes Liuprandi quondam Regis. Infra iam Infra iam (*sic*) dictas coerencias uel mensura una cum accessione et ingresso uel esito suo seu cum superioribus et inferioribus suis in integrum ab ac die uobis qui supra Presbiteri Diaconibus Subdiaconibus atque clericis uestrisque subcessoribus dono et ofero et per hanc cartam offercionis in sunctu uel subsidium uestrorum abendo confirmo pro anima mea mercede. eo uidelicet ordine ut dum ego Conrado Diaconus et suprascripta Godoltruda aut qui supra nobis alter supra uixerit suprascripta res in nostro usufructuario nomine sit potestate faciamus de uino uel frugibus earum rerum reditum uel cens*um* quibus exinde Dominus annis singulis dederit quiquit uoluerit. post autem nostrorum amborum decessum tunc suprascripta uinea et omnibus rebus in uobis qui supra presbiteri diaconibus subdiaconibus atque clericis uestrisque subcessoribus . . . . . . .. ordine in sunctu uel subsidium uestrorum abendum omni tempore pro anima mea mercedem. quidem expondeo atque promitto me ego qui supra Cumradus di*aco*nus una cum meos eredes uobis quibus supra presbiteri diaconibus subdiaconibus atque clerici omnibus uestrisque subcessoribus suprascripta uinea et rebus qualiter superius legitur ab omni homine defensare. quod si defendere non poterimus aut si uobis exinde aliquit per couis ingenium subtraere quesierimus excepto usufrutuario diebus uite nostre ut supra legitur in duplum iam dicta uinea et rebus ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. nec mihi liceat ullo tempore nolle quod uolui set quod a me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitto cum stipulacione subnixa. unde due carte ofersionis uno tenore scripte sunt.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Actum in Ciuitate Janua feliciter.

Cunradus diaconus Sancte Januensis Ecclesie in hac carta offercionis a me facta subscripsi.

Signum m. m. manibus Gunfredi filius quondam Gualterii. et Staurace filius quondam . . . Luponi ambo lege uiuentes Romana testes.

† Vuaraço Judex rogatus subscripsi.

† Petrus Judex rogatus subscripsi.

† Petrus rogatus subscripsi

† Ego Johannes notarius scriptor huius carte ofersionis post tradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO LIII.

Giovanni del qm. Martino e Leta giugali donano al monastero di santo Stefano tre pezze di terra nel luogo detto Falesiano, in Valle di Bisagno.

1012, gennaio

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 83)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia Dei Rex. anno Regni eius Deo propicio hic in Italia Octauo. mense Januarius. Indicione decima. Dilectisimo nobis senper Eribertus Abba monasterio Sancti Stefani sito foris et prope Ciuitate Janua. nos Johannes filius quondam Martini et Leta iugalibus. ipso uiro meo michi consenciente et subter confermante. ofertores et donatores ipsius monesterio. propterea disimus ille sunt donacionis titulo iuris firmissime que bona et spontanea uoluntatis nostre interueniunt. et ideoque nos qui supra Jugalibus ofertores et donato*res* uestris donamus cedimus tradimus et per hanc cartulam donacionis atque ofersionis abendum confirmamus. hoc sunt pecias tres de terra cum uineas et arboribus fructiferis inibi abente nostris libellariis. quibus sunt positis in ualle Vesano locus ubi dicitur Falexiano. prima pecia de uites est pro mensura iusta super totum in circuitu perticas tredecim. secunda namque pecia it est pro mensura iusta in circuitum super totum perticas nouem et pedes sex.

(¹) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica, *Cartula Calegnano* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

a perticas de pedes duodecim a pedes Domni Liuprandi Rex. cui coerit ei at prima pecia de una parte terra Vuaraco Judex. de alia parte terra Gotefredi. de tercia parte uia publica. de quarta parte terra de Eredes quondam Razoni. item coerit ei at secunda pecia de duabus partibus uia publica. de tercia parte terra Gotefredi. de quarta parte terra Johannis. item coerit ei at tercia pecia de tribus partibus terra ipso Vuaraco. de quarta parte uia publica. sibeque aliis sunt in is omnibus coerentes. ut a presenti die in tua qui supra Eribertus Aba uel in tuis subcessoribus aut pars ipso monasterio qui ibidem ordinati fuerint et cotidie ibidem Deo deseruierint pro anime nostre mercede suprascriptas tres pecia de uites qualiter superius legitur sit potestate faciendi uel frugendi quiquit uoluerit pro anima nostra mercede. salua quidem luminaria Sancta Ecclesia cuius est proprietas. et liceat uos uel subcessoribus uestris libellum petire ad nomen uestrum quandoque tempore uolueritis. et si fierit quod non credimus nos qui supra iugalibus si unquam in tempore nos uel credibus atuersus te qui supra Eribertus Aba uel atuersus tuisque subcessoribus aut pars ipsius monesterio de suprascripta pecia de uites qualiter superius legitur in integrum agere aut causare quesierimus uel ab omni homine defensare non potuerimus preter de Ecclesia cuius est proprietas. tunc spondimus qui supra iugalibus uel nostris eredibus componere tibi qui supra Eribertus Aba uel ad tuis subcessoribus aut pars ipsi monasterio in duplo comodo in tenpore fuerint melioratis. que uero carta ofersionis nostre Johannes notarius scribendum rogauimus. in qua subter confirmauimus testibusque obtulimus roborandum.

Actum in Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. manibus nostrorum Johannes et Leta iugalibus qui hanc cartulam ofersionis fieri rogauerunt. eoxque relecta est. et ipse . . . uxor sua cons . . . .

Signum m. m. m. m. manibus Albizoni et Azoni seu Bonando et Dominico rogatis testis.

† Silueradus Judex rogatus subscripsi.

† Ego qui supra Johannes Notarius scripsi et subscripsi. post tradita compleui et dedi (1).

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida Bissanis de Faleriano . . . Besenio* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LIV.

Locazione di terreni e casa in Albaro, fatta da Eriberto abbate di santo Stefano a Milone e suoi discendenti.

1012, febbraio

(Carte Genovesi, num. 84)

Cum Cum peto defensoribus Domnus Eribertus Abbas monasterii Sancti Stefani protomartiris sito foris Ciuitate Janue. uti nobis Milo una cum filiis suis uel filiabus. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedere debeamus. Titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris Ecclesie uestre quas uos tenere uisus estis ex parte Sancti Ambrosii Mediolanensis in fundo et loco qui dicitur Albario. idest aliquanta terra cum uinea supra se abente. et est ipsa res da uno latere perticas undecim. da alia parte similiter perticas undecim. da uno capite perticas tres et pedes octo. da alio capite perticas tres et pedes tres octo (*sic*). a pede Domni Liuprandi regis. et sic petimus ipsa res ex integro una cum exitis suo. Iterum petimus iuris predicte Ecclesie petia una de terra cum uinea supra se abente in predicto Albario et casa. fines et coerentie de ipsa res da uno latere terra Eriberti. de alia parte terra Pauloni. de aliis duabus partibus terra Algifi. Infra iam dicte coerentie ex integro petimus una cum exito suo. Ita tamen ut inferanus uobis uel subcessoribus uestris exinde pensionem pro unumquemque anno denarium unum. Spondimus in Dei nomine atque promitimus suprascriptis rebus laborare et pensionem Ecclesie uestre uobis uel successoribus uestris per unumquemque anno inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromitimus tunc liceat uos uel successores Ecclesie uestre in suprascriptis rebus introire *et cui uo*lueritis dare in uestra sit potestate. post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium sancte Ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. unde sic placet . . . . . et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis et aliut simile a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine sancte Ecclesie uestre tradidimus conseruandum. Facto petitorio mense februario. indicione X. Regnante Domno nostro Enrico in Italia anno octauo. indicione suprascripta feliciter (1).

(1) « Pergamena scritta in quella età. Sul dorso, di mano antica: *Carta de Albario* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LV.

Convegno seguito fra Amerada del qm. Goffredo e Corrado suo figlio da una parte, e Giovanni del qm. Madelberto, Giovanni, Andrea, Martino e Fulberto del qm. Veneroso dall' altra, per la costruzione di un molino in Bisagno.

1012, aprile

(Carte Genovesi, num. 86)

—

In nomine domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia Dei Rex. anno regni eius Deo propicio in Italia octauo. mense marcius. indicione decima. Placuit atque bona uoluntate conuenit inter Amerada filia quondam Gotefredi et Cumradus genitrice et filio nec non et inter Johannes filius quondam Madelberti et item Johannes et Andrea et Martinus et Folbertus germanis filii quondam Veneriosi. ut in dei nomine debeant dare sicut et a presenti dederunt . . . *geni*trice et filio eidem Johanni tercia porcione. et item Johannes similiter tercia porcionem et Johannes et Martinus et Andrea et Folbertus germanis similiter tercia porcione. et at illorum heredibus. hoc est pecia una de terra iuris predictorum Genitrice et filio qui posita est iusta fluuio Vesano locus ubi d*icitur* Molinello. coerit ei at bisa (*sic*) pecia de terra de una parte terra Eriberti et de Eredes quondam Gotefredi. de alia parte terra Godoni. de tercia parte predicto fluuio Vesano. de quarta parte terra ipsorum mater et filio. infra ian dictas coerencias ea racione uti amodo ipsi Johannes et item Johannes et germanis uel illorum eredibus unusquisque quod superius legitur per terciam porcionem in predicta pecia de terra ubi oportunum fuerit debeant molendina et aquadutile edificare et alueum in ipsum fluuio edificare infra ian dictas coerencias ubi melius potuerit. et mitere debeant in ipsum molendino molas et ferros uel aliis instrumentis que in ipsum molendino pertine . . . per quem macinare posit. et redere debeant singulis annis ex omnium moltura que de ipsa molendina esierit quarta porcione et pullos duos et aximas duas. data et consignata ipsa moltura et predictos pullos et azimas duas at iandictas mater et filia uel at illorum eredibus aut eorum misso pro se ipsis Johannes et item Johannes et germanis uel at eorum heredibus aut eorum misso. alia superinposita eis non fiat. pena uero inter se posuerunt ut si suprascriptis Johannes et germanis uel illorum eredibus minime fecerint in ipsum molendino etdificandum uel omnia atimplendum sicut superius legitur aut ipsis genitrice et filio uel illorum eredibus eorum Johannes et item Johannes et germanis uel at eorum eredibus exinde aliqua forcia uel superinposita

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

fecerit uel ab omni omnine defensare non potuerint tunc componant pars parti fidem seruanti pena Argentum Denarios bonos solidos centum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripta Amerada qui anc cartula conueniencie fieri rogaui.

Conradus in anc cartula conueniencia a me facta subscripsi.

Signum m. m. m. m. m. manibus suprascriptorum Johannes et item Johannes et Martinus et Andrea et Folberto germanis qui hanc cartula conueniencia illorum fieri rogauerunt.

Signum . . . . manibus Martinus et Leuprandus et Johannes et item Martinus et Andree . . . . rogatis testes.

Ego Jhoannes notarius scripsi et subscripsi. post tradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO LVI.

Durante del qm. Bonizone e Sigiza giugali vendono a Giovanni detto Bonfiglio e Domenico del q. Martino un castagneto sito nel luogo appellato Campo Zucone.

1012, aprile

(Pergamena dell' Arch. Gov., Abbazia di s. Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 87)

---

In nomine domini dei et saluatori nostro ihesu cristi. regnante donno nostro Enrico rege in Italia anno octauo. mense aprilis. indictione decima. Manifesti sumus nos Durante filius quondam Bonizoni et Sigiza Jugalibus nos quidem in presencia testium accepisemus et accepimus ad uos Johannes qui et Bonofilio filius quondam Restani et Dominicus filius quondam Martini Argentum Denarios bonos solidos numerum decem et octo ctoctum utilitatibus nostris peragendum. umde pro suprascripto precio quod accepimus ad uos uindedimus tradimus adque refudauimus uobis qui supra Johannes et Dominicus. hoc est pecia una de terra cum castaneto super se abente nostra libellaria quam abere uisi sumus in loco ubi dicitur Campo Zuconi. quod est pro mensura iusta super totum in circuitum perticas sexaginta et nouem. a perticas de pedes duodecim a pedes domni Liuprandi Rex. Infra iam dicta mensura omnia plenum

(¹) « Pergamena autentica, notata sul dorso, di mano antica: *Cartula de molendino de Rivaria* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

et uacuum ex integrum sicut supra legitur una cum esito suo. ut a presenti die in uestra qui supra Johannes et Dominicus uel in eredibus uestris aut cui uos dederitis uel abere statueritis sint potestate ex nostra qui supra iugalibus plenissima largietatem. faciendum quodcumque uolueritis. salua quidem luminaria Sancta Ecclesia cuius est proprietas. et licead uos exinde libellum petire ad nomen uestrum uel cuicumque uolueritis. et si fieret quod non credimus nos qui supra durante et sigiza iugalibus si unquam in tempore nos uel nostris eredibus auersus uos qui supra Johannes et Dominicus uel aduersus uestrisque eredibus de suprascripta pecia de terra cum castaneto super se abente sicut superius legitur agere aut causare quesierimus. uel ab omni homine defensare non potuerimus. preter de ecclesia cuius est proprietas. tunc spondimus nos qui supra iugalibus uel nostris eredibus componere uobis qui supra Johannes et Dominicus uel ad eredibus uestris pena suprascripta pecia de terra cum castaneto super se habente sicut superius legitur in dublo comodo in tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. quam uero cartulam uindicionis nostre Gumpertus notarius scribendum rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtulimus roborandum. Actum in loco cisini feliciter.

Signum m. m. durante et sigiza suprascriptis iugalibus qui hanc cartulam uindicionis fieri rogauerunt.

Signnm m. m. m. m. m. m. bonizo. seranus. et Martinus et item Martinus et Johannes et Benedictus rogati testes.

† Ego qui supra Gumpertus notarius scripsi et subscripsi compleui et dedit (¹).

---

## DOCUMENTO LVII.

Donazione di una terra in Pedemonte, fatta al monastero di santo Stefano da Opizzo od Ascherio del qm. Giovanni e Tegarda giugali.

1012, ottobre.

(Carte Genovesi, num. 89)

† In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Rex Deo propicio in Italia anno nono. mense octubris. indi-

(¹) Sul dorso della pergamena, di mano del secolo XVI, si legge: 1016, *l'anno 8.º dell'impero d'Enrico 2.º Durante figlio del fu Bonizone e Sugesia sua moglie offrirono terre compre alla Chiesa di S. Siro.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

cione undecima Monesterio Sancti Stefani christi martiris sito foris set prope ciuitate Janua. nos Opizo qui et Askerius filius quondam Johanni et Tecgarda iugalibus. qui profesi sumus nos Jugales ambo ex nacione nostra lege uiuere romana. ipso namque iugalo meo mihi consenciente et subter confirmante. offertorex et donatorex ipsius monesterii. propterea diximus quisquis in Sanctis ac uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta auctori uocem in oc seculo centuplum accipiad. insuper quod melius est uitam posidebit eterna. et ideo nos qui supra iugalibus donatores et offertores ipsius monesterii donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus. oc (*est*) pecia una de terra cum uinea infra se abente iuris nostris iugalibus quam abere uisi sumus in ualle Vesano ubi Pede de monte dicitur. coerit ei da una parte terra Sancti Stefani. de alia parte terra Genoardi. de tercia parte terra de eredibus quondam Oberti Vicecomes. de quarta parte terra Teotefredi. sibeque alii sunt coerentes. que autem suprascripta pecia de tera cum uinea infra se abente supra dicta una cum accesionibus et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus et offerimus et pro presente cartula offersionis ibidem abendo confirmamus. faciendum exinde a presenti die in eodem monesterio in sussidium Abbatum uel Monachorum usu et sunto. eo uero ordine si euenerit Pontifex aut Abbas uel qualibet Potestas que predictis rebus de eodem monesterio aut de susidium abbatum uel monachorum tullerint. tunc statim ueniet predictis rebus in potestatem de propinquioribus parentibus meis qui ad illum propinquior aparuerit quamdiu ueniet illas potestas que predictis rebus in eodem monesterio reuerterit ut facias Abbas uel Monachos illos qui pro tempore in eodem monesterio ordinati fuerint et cotidie ibidem Deo deseruierint de fruges et reditum seu censum in subsidium usu et suntu quicquit uoluerint pro anime nostre mercedem sine omni nostra uel heredum nostrorum contradicione. quidem expondimus adque promitimus nos qui supra Jugalibus una cum nostris heredibus a parte predicti monesterii suprascripta pecia de terra cum uinea infra se abente qualiter superius coerencias legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si a parte predicti monesterii exinde aliquit pro couis genium subtraere quesierimus tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec nobis iugalibus licead ullo tempore nolle quod uoluimus sed quod ad nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnixa. anc enim cartula offersionis me paginam Silueradus notarius tradidit et scribere ro-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

gauimus. in qua subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascriptorum Askerius qui et Opizo et Tecgarda Jugalibus qui anc cartula offersionis fieri rogauerunt. et ipse Opizo eidem Conius sua ab omnia suprascripta consensi ut superius. et eox relecta est.

Signum m. m. m. manibus Johannis et Dominiconi seu item Johanni omnes leges uiuentes Romana testes.

† Ego qui supra Silueradus notarius scriptor huius cartula offersionis postradita compleui et dedi (1).

## DOCUMENTO LVIII.

Donazione di beni posti nel Prato di San Martino fatta allo stesso monastero da Teotefredo od Ingo del qm. Berolfo e Doda giugali.

1013, novembre

(Carte Genovesi, num. 90)

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. regnante Donno nostro Ericus Rex in Italia anno decimo. mense nouember. indicione duodecima. Monesterio Sancti Stefani Cristi martiri sito foris set prope Ciuitate Genua. nos Teutefredi qui et Ingo filius quondam Berulfi et Doda iugalibus filia quondam Johannis. qui professi sumus ambo ex nacione nostra lege uiuere Romana. ipso namque iugale meo michi consencientem et subter confirmantem. ofertores et donatores ipsius monasterii. propterea dicsimus quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis et suis aliquit contulerit rebus in subsidium abatum uel Monachorum iusta auctori uocem in oc seculum centuplum accipias. insuper cot melius est uitam possidebis eternam. et ideo nos qui supra Jugalibus donatores et ofertores ipsius monasterii donamus et oferimus et pro presente carta ofercionis ibidem abendum confirmamus. oc sunt pecies quatuor de terra iuris nostri iugalibus que abere uisi sumus in loco et fundo ubi Prato Sancti Martini dicitur. et sunt ipses pecies de terra per mensura iusta in circuitum super totum perticas centum octaginta. a perticas de pedem duodecimo pedem Domni Liuprandi Rex.. que au-

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

tem . . . . . . pecies de terra sicut super mensuras legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus et oferimus in subsidium Abatum uel Monachorum usu et sunctum cot uoluerint. eo uero ordinem si auenerint Pontifex uel Abas . . . . . aut qualibet Potestas qui predictis rebus de eodem monasterium tullerint. tunc uolo ut uenient ibsis rebus in potestate propinquioribus parentibus meis qui at illum die propinqui aparuerint quandium ueniant illes potestas que predictis rebus in eodem monesterio reuerterint. ut facias Abas uel Monahos illos qui pro tempore in eodem monasterio ordinati fuerint et cotidie ibidem Deo deseruierint de frugies et reditum seu cens*um* qui de ipsis rebus esierint in subsidium et usu quitquit uoluerint sine omni nostra uel eredum nostrorum contradicione. quidem espondimus atque promitimus nos qui supra iugalibus una cum nostris eredibus a parte predicti monasterii suprascriptes pecies de terra qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si a parte predicti monasterii exinde aliquis per couis ingenium subtradere quesierimus. tunc in dublum . . . . ofercio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacionem in consimile locis. et nec nobis iugalibus liceat ulo tempore nolle cot uoluis. set cot a nobis semel factum uel conscribtum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnicsa. anc enim carta ofercionis me paginam Seuerus notarius tradidi et scribere . . . . . rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtulit roborandum. Actum in Ciuitatem Genua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascriptorum Teutefredi qui et Igoni et Doda Jugalibus qui anc carta ofercionis fieri rogauerunt. et propter nimiam infirmitatem minime scribere potuit manu sua scribere rogaui. et a suprascripta uxor sua consensi ut supra.

Signum m. m. m. manibus Opizoni et Johannis et item Johannis omnes legem uiuentes Romanam testes.

Ego qui supra Seuerus notarius et Judex scribtor uius carta ofercionis post tradita compleui et dedi [1].

[1] « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida* » (Poch).

---

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LIX.

Guaraco giudice figlio del qm. Silvestro e Adalguda figlia del qm. Daginzone. giugali, donano al monastero predetto la terza parte di una isola che possedono in vicinanza del Prato di San Martino nella Valle di Bisagno.

1013, dicembre

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 91)

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia Dei Rex Deo propicio in Italia anno decimo. mense december. indicione duodecima. Tibi Eribertus Abba monesterii Sancti Stefani sito fore set prope ciuitate Janua nos Vuaraco Judex filius quondam Siluester et Adalguda iugalibus filia quondam Daginzo. qui professi sumus nos ambo ex nacione nostra lege uiuere Romana. ipso nanque iugale meo mihi consenciente et subter confirmante. ofertores et donatores tui. propterea dissimus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta autori uoce in hoc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uita posidebit eterna. et ideoque nos qui supra iugalibus donatores et ofertores tui donamus cedimus tradimus conferimus et per presente carta ofersionis in te qui supra Eribertus Abba uel in tuis subcessoribus aut par ipsius monasterii abendum confirmamus pro anime nostre mercedem. hoc est nostra porcione quod est tercia pars de pecia una de terra quod est Isola que posita est in Valle Vesano prope prato quod dicitur Sancti Martini iuris nostris iugalibus. et est ipsa pecia de terra pro mensura iusta tam ab ipsa tercia porcione quam at alie similis duas porciones quam at super totum perticas sexaginta et sex. a perticas de pedes duodecim a pedes Doni Luiprandi Rex. coerit ei tam ab ipsa tercia porcionem quam at supra totum. de una parte terra Sancti Syri. de alia parte terra predicti monasterii Sancti Stefani. de tercia parte uia publica. de quarta parte fluuio Vesano. sibeque aliis sunt coerentes. Infra ian dictas mensuras et coerencia omnia suprascripta tercia porcione in integrum. que autem suprascripta tercia porcione de predicta pecia de terra supra dicta una cum accessione et ingresso suo seu cum superioribus et inferioribus suis in integrum ab ac die tibi qui supra Eribertus Abbas uel in tuis subcesoribus aut pars ipsius monesterii donamus cedimus conferimus et per presente carta ofersionis in uos abendum confirm*amus*. faciendum exinde a presenti die tu et tuis sub-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

cessoribus aut pars ipsius monesterii in subsidium usu et suntu quiquit uolueritis pro anime nostre mercede sine omni nostra et heredum nostrorum contradicione. quidem espondimus atque promitimus nos qui supra Jugalibus una cum nostris Eredibus tibi qui supra Eribertus Abba uel at tuis subcessoribus aut pars ipsius monasterii suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur in integrum ad omni homine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquit per couis ingenium subtraere quesierimus. tunc in duplum eadem ofersio ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. set quod at nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus cum stipulacione subnixa. hac enim cartula ofersionis pagina Johannes notarius tradidi et scribere rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandum. Actum ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripta Adalguda qui hanc cartula ofersionis fieri rogaui.

† Vuaraco Judex in ac cartula ofersionis a me facta subscripsi.

Signum m. m. m. m. m. manibus Amelbertus et Gunfredo et Juuenale et Martinus et Johannes omnes lege uiuentes Romana testes.

† Ego qui supra Johannes notarius scriptor huius cartula ofersionis postradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO LX.

Eriberto suddiacono, figlio del qm. Migesio, dona al monastero di santo Stefano la dodicesima parte di una terra nel Prato di San Martino.

1014, febbraio

(Carte Genovesi, num. 92)

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Rex Deo propicio in Italia. anno regni eius Deo propicio in Italia anno decimo. mense februarius. indicione duodecima. Monesterio

(¹) Sul dorso della pergamena, di mano antica, è scritto: *Carta de Isola de Vuaraco Judice. De Braida usque ad flumen Bisanis.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Sancti Stefani christi martiris qui est constructo fore set prope ciuitate Janua. Ego Eribertus subdiaconus filius quondam Miesi qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere Romana. ofertor et donator ipsius monesterii. propterea dixi quisquis in sanctis locis et suis aliquit contullerit rebus iusta auctori uocem in oc seculo centuplum accipiad. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. et ideo ego qui supra Eribertus subdiaconus offertor et donator ipsius monesterii dono et offero in eodem monasterio in susidium Abatum uel monachorum sicut subter legitur. oc est duodecima porcione de pecia una de terra cum uinea et arbores fructiferos infra se abente iuris mei. quam abere uiso sum in Valle Vesano prope prato at Ecclesia Sancti Martini. cui coerit tam ab ipsa duodecima porcione quamque ad alia similem undecim porcione da una parte terra que fuit quondam Andrei Judex. de alia parte uia publica. de tercia parte terra Bernoni presbitero. de quarta parte terra ipsius monesterii. sibeque alii sunt coerentes. que autem suprascripta duodecima porcione de predicta pecia de terra supra dicta una cum accessione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio dono et offero in suscidium abbatum uel monachorum qui in eodem monesterio ordinati fuerint et cotidie ibidem Deo deseruierint usu et suntu quod uoluerint. eo uero ordine sic uenerint Pontifes uel Abbas aut qualibet Potestas de predictis rebus de eodem monesterio uel de suscidium abbatum uel monachorum tullerit. tunc uolo ut ueniant predictis rebus in potestate mea uel de propinquioribus parentibus meis qui ad illum die propinquior aparuerit quamdiu ueniet illas potestas que predictis rebus in eodem monesterio reuertad. et facias Abbas uel subcessoribus suis aut pars ipsius monesterii de predictis rebus uel frugeas et reditum seu censum quod de ipsis rebus esierit quicquit uoluerit sine omni mea uel heredum meorum contradicione. quidem espondeo adque promito me ego qui supra Eribertus subdiaconus una cum meos heredex a parte predicti monesterii suprascripta duodecima porcione de predicta pecia de terra qualiter superius legitur ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut a parte predicti monesterii exinde aliquit per couis genium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec mihi licead ullo tempore nolle quod uoluit. set quod ad me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. Actum in eodem Monesterio feliciter (1).

(1) Segue uno spazio lasciato in bianco, e capace di molte soscrizioni (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

† Eribertus ippodiaconus in hac carta offerscionis a me facta subscripsi.
Signum m. m. m. m. m. manibus Silueradi et Amelberti et Johanni et Martini et item Martini omnes lege uiuentes Romana testis.
† Ego Silueradus Judex et Notarius scriptor huius cartula offerscionis post tradita compleui et dedi [1].

---

## DOCUMENTO LXI.

Erizzo detto anche Andrea, Razo ed Opizzo germani, figli di Giovanni giudice, donano allo stesso monastero e nel ridetto Prato una terra campiva.

1014, marzo

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 93)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratias (*sic*) Dei Imperator agustus (*sic*). anno Imperii eius Deo propicio primo. mense marcius. indicione duodecima. Monesterio Sancti Stefani Christi martires (*sic*) sito foris prope ciuitatem Janua nos Erizo quod et Andrea et Razo et Opizo Jermanis filii Johannis Judex. qui profesi sumus ex nacione nostra lege uiuere Romana. ofertores et donatores ipsius monesterii. propterea diximus quisquis in Sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta octori uoce in oc seculo centuplum accipiet. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. et ideoque nos qui supra ofertores et donatores ipsius monesterii donamus et oferimus et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmo. oc est quarta porcione de pecia una de canpo iuris nostris quam abere uisi sumus in Valle Vesano locus ubi dicitur Prato Sancti Martini. et est ipsa pecia de campo tan ab issa quarta porcione quamque at simile tres porciones pro mensura iusta de una parte perticas quatuor. de alia parte perticas uiginti et due. da tercia parte perticas octo. de quarta parte perticas similiter uiginti et dues. a perticas de pedes duodecim a pede Domni Liuprandi Rex. coerit ei da una parte uia publica. de alia parte terra Sancti Stefani. de tercia parte terra de Eredes quondam Miesi et Auberti uicecomes. de quarta parte terra uuilielmi. sibeque alii sunt coerentes. infra iam dicta coerencias uel mensura omnia suprascripta quarta

[1] « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida* » (Id.)

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

porcione in integrum. que autem suprascripta quarta porcione de iam dicta pecia de campo superius dicta una cum accessione et ingresso seo superioribus et inferioribus suis q aliter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus et oferimus et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die iuri proprietario nomine quiquit uolueritis sine omni nostra et Eredum nostrorum contradicione. quidem espondimus atque promitimus nos qui supra Jermanis una cum nostris Eredibus parte predicti monesterii suprascripta quarta porcione de iam dicta pecia de campo qualiter superius legitur in integrum ab omni homine defensare. qui si defendere non potuerimus aut si a parte predicti monesterii exinde aliqui per couis ingenium subtraere quesierimus. tunc in dublum headem ofersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut ualueri sub estimacione in consimile loco. et nec nobis qui supra Jermani liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. se quod a nobis semel factum nel conscribtum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. anc enim cartula hofersionis me paina Albizo notarius tradidit et scribere rogaui. in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandum. Actum in eodem Monesterio feliciter.

*Signum m. m.* manibus suprascriptis Razo et Opizoni Jermanis qui anc cartula hofersionis fieri rogauerunt. et eorum relecta est.

† Erizo in ac cartula offersionis a me facta subscripsi.

Signum *m. m. m.* manibus Amelberto et Dominico et Petroni omnes lege uiuentes Romana testes.

† Silueradus Judex rogatus subscripsi.

† Bernardus notarius rogatus subscripsi.

† Ego qui supra Albizo notarius scribtor in ac cartula ofersionis post tradita compleui et dedi (1).

## DOCUMENTO LXII.

Oberto Marchese, figlio del qm. Oberto pure Marchese e Conte del Sacro Palazzo, di legge longobarda, fa donazione al monastero di san Siro, posto oltre il muro di Genova, di una terra vignata sita in prossimità del muro medesimo.

1014, luglio

(Ved. Atti della Società, vol. I, p. 193)

(1) Sul dorso è scritto, di mano antica, in due luoghi: *De Braida.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXIII.

Diploma di Arrigo II imperatore, con cui attribuisce alla Chiesa di Vercelli parecchi beni dei fautori di re Ardoino, e fra gli altri *predia . . . . . Aliorum Tedisi* (Tedisii de Lavania) . . *quia isti, postquam nobis fidelitatem iurauerunt, corona Regni longobardici, et diademate Imperii nobis iam attributa, Ardoino Regni nostri inuasori iuncti, omnia uastauerunt, et maxime Eusebianam Ecclesiam miserabiliter afflixerunt.*

A. 1014

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 406; Provana, Studi citati, p. 379)

---

## DOCUMENTO LXIV.

Giovanni del qm. Gema dona al monastero di santo Stefano una terra vignata, sita nel Prato di San Martino.

1005, aprile

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 65)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia Dei inperator augustus. anno imperii eius Deo propicio ic in Italia secundo. mense aprilis. indicione tercia decima. Monesterio Sancti Stefani sito foris set prope ciuitatis Janua. Ego Johannes filius quondam Geme qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere Romana ofertor et donator ipsius monesterii. propterea dixi quisquis in Sanctis ac uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta autori uocem in oc seculo centuplum accipiet. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. ideoque ego qui supra Johannes ofertores et donatores (*sic*) ipso monesterio dono et ofero et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmo. oc est pecia de una terra cum uinea et alios arbores fructiferos infra se abente iuris mea qui posita est in loco et fundo Vesano. locus ubi dicitur Prato Sancti Martini. cui coerit ei da una parte terra heredes quondam Marini notarius et Johannes Jermanis. de alia parte uia publica. de aliis duobus partibus terra ipsius monesterii. sibeque alii sunt coerentes. que autem suprascripta pecia de terra cum uinea et alios arbores fructiferos infra se abente iuris mei supradicta una cum acesione et ingressoras earum seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

in integrum ab ac die in eodem monesterio dono et ofero et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmo. faciendum exinde a presenti die a parte ipsius monesterii iure proprietario quiquit uoluerit sine omni mea et eredum meorum contradicione. quidem espondeo atque promito me ego qui supra Johannes una cum meos eredes a parte ipsius monesterii suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur in integrum ab omni homine defensare. que si defendere non potuerimus aut si a parte predicti Monesterii exinde aliquit per couis ingenium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem ofersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. et nec mihi liceat ullo tempore nolle quod uoluit. set quod a me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiter conseruare promito con stipulacione subnixa. Anc enim cartula ofersionis me painam Albizo notarius scribendum rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripto Johanni qui anc cartulam offersionis fieri rogaui. et ei relecta est.

Signum m. m. m. m. manibus Restano et Eriberto et Johannes seu Bonizo omnes lege uiuentes Romana testes.

Ego qui supra Albizo notarius scriptor uius cartule ofersionis post tradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO LXV.

Martino del qm. Stefano e Giseltruda, coniugi, vendono a Martino detto anche Giovanni, suddiacono, figlio del qm. Petrone metà dei beni che hanno nelle regioni e luoghi di Giovo, Montanesi, Riccò, Camporsone, ecc. (²).

1015 aprile

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 410)

(¹) Sul dorso, di mano antica: *De Braida.*

(²) I beni contemplati in quest'atto derivano in parte dalla donazione fatta a Martino ed a' suoi fratelli da Stefano loro padre nel febbraio del 993 (Ved. Docum. XIX, p. 34).

---

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXVI.

Indo del qm. Goffredo, Benzo del qm. Giovanni e Ranieri del qm. Sigezone promettono a Pietro prete, figlio del qm. Andrea, di non muovere alcun litigio per causa di una terra di proprietà della chiesa di san Marcellino di Genova, sita in Maxena.

1016, febbraio

(Carte Genovesi, num. 97)

---

In nomine domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia dei Imperator Augustus. anno Imperii eius deo propicio secundo. mense februario. indicione quartadecima. Tibi Petri presbitero filio quondam Andrei nos Indo filius quondam Gotefredi et Benzo filius quondam Joanni consoprinis seu Ranerius filius quondam Sigezoni. qui professi sumus nos omnes ex nacione nostra lege uiuere Romana. propterea disimus promitimus adque et spondimus . . . . . ut amodo nullum unquam in tempore abeamus licencia . . . . agere nec causare nominatiue de pecia una de terra cum erbore uno oliua et . . . . . . scario super abente iuris sancti Marcellini genuensis ecclesie. quibus sum poxiti in loco et fundo macinola . . . . dicitur a la louaria . . . . . . . . . . perticas octo. a pertica de pedes duodecim a pedes domni Liuprandi Rex . . . . insuper pena argentum denarios bonos papiense solidos centum. quidem et . . . . . . firmando promissionis cartulam acepimus nos qui supra Indo Benzo . . . . Rainerio ad te ian dicto Petrus presbiter. exinde Launehi mantello uno ut ec nostra promisio . . . . . . firma permanead . . . . . con stipulacione subnixa. Actum in loco Olmeta feliciter.

Signum m. m. m. manibus suprascripto Indoni et Benzoni seu Rainerii qui anc cartulam promissionis fieri rogauerunt . . . launehil acceperunt suprascripto. eoxque relecta est.

Signum m. m. m. manibus Petri et Ammelberti seu Vuralperti omnes lege uiuentes Romana testes.

Signum . . . . . . . manibus . . . . . . . . . testes.

Ego . . . . . . . notarius sacri palacii scriptor uius cartula promissionis postradita *com*pleui et dedi (1).

(1) Questa pergamena fu già fra quelle dell'Archivio di san Siro, donde la trascrisse il Poch. Il quale notò eziandio che sul dorso della medesima si leggeva questa erronea interpretazione: « 1005. Per effetti in Polcevera per san Siro ». I beni poi che la chiesa di san Marcellino possedeva in Maxena, sono ricordati in più libelli dei secoli X e XI (Ved. *Reg. Arciv.*, p. 291, 420 e 324; nonchè il Docum. XI, p. 23 del presente volume).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXVII.

Ofiza del qm. Aggine dona al monastero di santo Stefano un pastino sito in Rivarolo di Polcevera presso il torrente Turbella.

1016, agosto

(Carte Genovesi, num. 98)

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Imperator Augustus. anno imperii eius deo propicio tercio. mense augusto. indicione tercia decima (1). Monesterio Sancti Stefani christi martiris que esse constructa non multum longe ac ciuitate Janua set prope iusta uia pubblica. Ego Ofiza filia quondam Aggine qui profesa sum ex nacione mea lege uiuere romana. Quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contulerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper cot melius uitam posidebit eternam. ideo ego qui supra Ofiza ofertor et donator ipsius monesterii in susidium Abbatum uel Monahorum dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. oc est pasteno uno et rebus iuris mei quam abere uiso sum in loco et fundo Riuariole. loco ubi dicitur Tanaturbella (2). et est ipso pasteno et rebus per mensura iusta supra totum in circuitum perticas sexsaginta. a perticas de pedes duodecim a pedex Domni Liuprandi Rex. cui coerit ei da una parte terra Johanni. de alia parte predicto fosato qui dicitur Tanaturbella. de tercia parte terra Armani. sibeque ali sunt coerentes. qui autem suprascripto pasteno et rebus iuris mei supradicta una cum accesione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter supra mensura et coerencias legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo in susidium Abbatum uel Monachorum qui in eodem monesterio ordinatis fuerit et cotidie ibidem Deo deseruierint. eo uero ordine sì euenerit Abbas aut Pontifes uel qualibet Potestas que predicto Pasteno et rebus de eodem monesterio tullerint. tunc uolo ut ueniant predicto pasteno et rebus in potestate de propinquioribus parentibus meis qui at illum dic propinquior aparuerit quamdiu uenerit quandiu uenerit (*sic*) illas potestas que predictis rebus in eodem monesterio reuerterit. ut facias predictis abbas uel Monachos de frugens et reditum qui

(1) Corregasi: *quarta decima.*

(2) Questo stesso pastino la detta Ofiza avea ricevuto in donazione nel 1001, coll'atto riferito al num. LI, p. 77.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

de ipsis rebus esierit quicquit uoluerit per remedium anime mee sine omni mea et eredum meorum contradicione. quidem et spondeo atque promito me ego qui supra Ofiza una cum meos eredex a parte ipsius monesterio predicto pasteno et rebus qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod sit defendere non potuerimus aut si a parte ipsius monesterii exinde aliquit per couis inienium subtraere quexierimus. tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. et nec mihi liceat ullo tempore nolle quod uoluit. se quod a me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. ac enim cartula offersionis me paginam Bernodus notarius tradidit et scribere rogauit. in qua subter confirmans testibusque obtulit roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus Ofiza qui ac cartula offersionis fieri rogauit. et ei relecta est.

Signum m. m. m. manibus Opizoni et Broningus et Berardus omnes leie uiuentes Romana testes (1).

† Ego qui supra Bernodus notarius scriptor uius (*sic*) cartule offersionis postradita compleui et dedi (2).

---

## DOCUMENTO LXVIII.

Gaidaldo Conte, figlio del qm. Ingone, dona al monastero di san Siro un manso nel luogo di Monte Moro.

1047, 1.° gennaio

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 100)

In nomine domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia dei Inperator Agustus. anno Inperii eius deo propicio tercio. calendes genarius. *indicione* quinta decima. Monesterio Sancti Sili quod est constructo prope Ciuitate *genua*. Ego Gaidaldus comes filius quondam Ingoni. qui

(1) Segue uno spazio lasciato in bianco per altre soscrizioni (Poch).

(2) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica; *De Riuariole (Ripariolii). Cartulam quam fecit Ofiza de Naturba* (sic). *Cartula de Tanaturbella* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

profeso sum ex nacione mea legem uiuere langobardorum. autfertor et donator ipsius monesterio . . . . . . . post meum decessum abendum confirmo pro anima mea mercedem. idest manso uno cum omnibus rebus ad ipso manso pertinentibus iuris mei quam abere uiso sum in loco et fundo munte mauro in integrum. quod autem predicto manso cum omnibus rebus ab ipso manso pertinentibus iuris mei superius dictum. una cum acesione et ingreso seu qui supra pertinentibus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem moneseerio sancti sili dono et aufero et per presentem cartulam aufersionis in eodem monesterio a presenti die post meum decessum abendum confirmo pro anima mea mercedem. faciendum exinde pars ipsius monesterii aut pars ipsius monesterii (*sic*) de eodem proprietario nomine quicquit uoluerit pro anima mea mercedem sine omni mea et eredum meorum contradicione. quidem expondeo adque promito me ego qui supra gaidaldus comes una cum meos eredes pars ipsius monesterii aut cui pars ipsius monesterii suprascripta aufersio qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus pars ipsius monesterii aut cui pars ipsius monesterio dederint. et inde aliqui per couis ingenium subtrare (*sic*) quesierimus tunc in dublum suprascripta aufersio restituamus. sicut p . . . . porcio fuerit meliorata . . . . . quia . . . . . sub estimacione in consimile loco. anc enim cartula aufersionis paginam Gisulfi notarius sacri Palacii tradidit et scribere rogaui. in quam subtus confirmans testibusque obtulit roborandum. Actum in loco Tramuntana feliciter.

Signum m. manus suprascripto Gaidaldi comes qui anc cartulam aufersionis fieri rogaui. eique relecta est.

Signum m. m. m. manibus Constancii et Vrsoni seu Adelberti testes.

Ego qui supra Gisulfus notarius sacri palacii scriptor uius cartule aufersionis post tradita compleui et dedit.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXIX.

Lo stesso Gaidaldo concede a livello il manso predetto.

1017, aprile

(Carte Genovesi, num. 101)

—

† In Christi nomine Placuid atque convenit inter Domnus Gaidaldus filius quondam Ingoni de loco sumaripa nec non et pe*trus* (*qui et?*) *Marti*nus filius quondam item Martinus ut in Dei nomine debead dare sicut a presenti dedi ipse Gaidaldus eidem Petri ad ficto censum redendum et libellario nomine usque ad annos uiginti nouem expletis. oc est masaricio uno ex omnibus rebus illis ad ipso masaricio pertinentibus iuris ipsius Gaidaldi quibus esse uidetur in loco et fundo ubi dicitur Munte Moro uel in eius teritoriis omnia in integrum. ea racione uti amodo ipse Petrus et suos eredes usque mixi uiginti nouem annis expletis predicto masaricio una cum accessione et ingreso seu superioribus et inferioribus suis omnia qualiter superius legitur in integrum. abere laborare exscollere potuerit et fideliter sine lictem uel fraude ita ut pro eis meliorentur non pegiorentur. et persoluere exinde debe . . . . . . . singulis annis pro omni misa natale Domini tres die antea aut tres postea argentum denarios bonos numerum duodecim. dati ipsi denariis in loco sumaripa consingnati eidem Domno Galdi aut suo misso Giselbertus filius quondam Andreas aut suo erede pro se ipse Petrus aut uel suo miso p . . li. alia super impoxita ei non fiad. pena uerum inter se posuerunt ut qui supra ex ipsis aut suos eredes non compleuerint omnia qualiter superius legitur. uel tollere aut laxare uoluerint ante suprascriptis annis expletis. componant pars parti fidem seruanti pena argentum soldos uiginti.

Anno Regni Domini Eginrici gratia dei inperatoris deo propicio quarto. tercio . . . . . . apreli. indicione quinta decima.

Actum in Kastro p. . . . uo.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Signum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . testes.

Ego . . . . . . . Notarius sacri palacii scriptor uius libello post tradito compleui et dedi (¹).

(¹) Sul dorso, di mano antica: *De Monte Mauro* (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXX.

Rainfredo, Oberto suddiacono e Ido germani, figli del qm. Ingone, rilasciano ad Anna, figlia dei qm. Oberto Visconte e Teuza, la metà dei beni posseduti dal detto Oberto nel Comitato di Genova e nella Valle di Lavagna.

1018, 2 febbraio

(Carte Genovesi, num. 103)

---

In nomine domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Inricus gratia dei Inperator Augustus. anno Imperii eius deo propicio quarto. secundo die mense februarius. Indicione prima. Tibi Anna filia quondam Oberti Vicecomes nos Rainfredus et Obertus subdiaconus et Ido germani filii quondam Ingoni qui profesi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere Romana. propterea disimus promitimus atque spondimus nos qui supra germanis una cum nostris eredibus tibi qui supra Anna uel eredibus tuis aut cui tu dederis. nominatiue de medietate de casis et rebus illis que fuerint iuris proprietariis et libellariis suprascriptus quondam Oberti qui fuit genitori tua et Teuza Jugalibus qui fuit genetrice tua. quibus sunt positis in Comitatu Januense et in Valle Lauania uel in eorum territorio. Vnde nos qui supra germanis odie in te qui supra Anna cartula donacionis emisimus per coerencias aliquot in parte designatis di . . . . . . de suprascripta medietate de prafactis casis et omnibus rebus que fuerint iuris proprietariis et libellariis de suprascriptis Genitore et genitrice tua . . . et at tibi qui supra Anna de illorum parte opuenit et nos qui supra germanis in te odie cartula donacionis emissimus . . . . . insuper pena auro optimo libras decem. quidem at ac confirmandam p . . . . is cartula accepimus nos qui supra germanis at te qui supra Anna. exinde Launahilt Mantello uno ut ec nostra promisio in te tuisque eredibus perennis temporibus firma permaneat . . . Actum locus Sancto Petro Ameta feliciter.

† Vgo notarius rogatus subscripsi.

Signum m. m. m. manibus Johanni et item iohanni et Petrus leie uiuentes romana testes.

Aribertus rogatus subscripsi (1).

(1) « Pergamena autentica da me riposta nella Cantera XXVII » dell'Archivio Segreto (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXXI.

Giovanni del qm. Giovanni vende al monastero di santo Stefano la metà di una terra con casa ch' egli possede in Val di Bisagno, nel luogo detto Campo di Manziano, cioè tra il fossato di Staglieno ed il limite di Mortedo.

1018, febbraio

(Carte Genovesi, num. 104)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio in Italia quinto. mense februarius. Indicione prima. Manifesto sum ego Johannes filius quondam item Johanni ego quidem in presencia testium accepisemus et accepimus ad te Eribertus Abba monesterii Sancti Stefani sito foris set prope ciuitate Janua Argentum Denarios Bonos Papiense solidos triginta finitum precium pro medietate de pecia una de terra cum uinea et mansione et arbores fructiferos infra se abente mea libellaria que posita est in ualle Vesano locus ubi dicitur Campo Manziani. cui coerit tam ab ipsa medie quamque ad alia similem medie que uestra qui supra Eribertus Abba eset uidetur. da una parte est Costa que se diuidit inter ipsa terra et terra casa nouascia. de alia parte uia publica. de tercia parte fosato de Staliani. de quarta parte terra et terminia de terra mortedasca. sibeque alii sunt coerentes. que autem suprascripta medie de predicta pecia de terra supradicta una cum accessione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum in uestra qui supra Eribertus Abba uel tuis subcessoribus aut pars ipsius Monesterii sit potestate ex meam Johannis plenissimam largietatem faciendi quodcumque uolueritis sine omni mea et Heredum meorum contradicione. salua quidem Luminaria de Sancta Ecclesia cuius est proprietas. et licead exinde libellum petire ad nomen tuum aut ad subcessoribus tuis quandoque tempore uolueritis. et si fieri quod nunc credimus nos qui supra Johannes si unquam in tempore ego uel meis heredibus aduersus te qui supra Eribertus Abba uel aduersus tuisque subcessoribus aut pars ipsius monesterii pro de predicta mediem de ian dicta pecia de terra qualiter superius legitur in integrum agere aut causare quesierimus. uel ab omni omine defensare non potuerimus preter de Ecclesia cuius est proprietas. tunc spondeo me ego qui supra Johannes uel meis heredibus componere tibi qui supra Eribertus Abba uel ad tuis subcessoribus uel pars ipsius monesterii pena dublis ipsis

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

suprascriptis rebus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. quam uero cartula uindicionis nostre Silueradus notarius scribendam rogauimus. in quam subter confirmans testibusque optulit roborandam. Actum in predicto Monesterio feliciter.

Signum m. manus Johannis qui anc cartulam uindicionis fieri rogaui et suprascripto argento accepi. et ei relecta est.

Signum m. m. m. m. manibus Dominiconi et Crexoni et Johanni adque Amelberti rogatis testis.

† Maoricius rogatus subscripsi.

Ego qui supra Silueradus notarius scripsi et subscripsi. post tradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO LXXII.

Gisolfo giudice e Razo germani, figli del qm. Giovanni, riconoscono la donanazione di una terra in Pedemonte fatta da Ingo prete, loro fratello, al monastero suddetto.

1018, febbraio

(Carte Genovesi, num. 105)

---

† In nomine Domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio in Italia quinto. mense februarius. Indicione prima. tibi Eribertus Abba Monesterio Sancti Stefani sito foris et prope ciuitate Janua nos Gisulfus Judex et Razo germanis filii quondam Johanni. qui profesi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere Romana. propterea diximus manifesta causa est nobis qui supra germanis eo quod ante os dies emisit in eodem monesterio cartula una offersionis Ingo presbitero Germano nostro de pecia una de terra que fuit iuris sua que posita est in Valle Vesano locus ubi dicitur Pedemonte. coerit ab ipsa pecia de terra cum uinea infra se abente da una parte terra nostra qui supra germanis. de alia parte terra Askerii qui et Opizoni. de tercia parte terra de He-

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *Cartula de Campo Manziani quod est in Valle Crosa. De Valle Crosa et Campo Mazano in Straiano* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

redex quondam Winigisi Judex. de quarta parte te*rra* predicti Gisulfi Judex. sibeque alii sunt coerentes. Vnde modo promitimus adque spondimus nos qui supra Germanis una cum nostris filiis filia*bus uel* heredex ut nullum unqua in tempore non abeamus licenciam nec potestatem per nullum uis genium nullamque occasionem quod fieri po . . . . dicendum quod nobis exinde aliquit pertinere debet. set exinde omni tempore taciti et contenti permaneamus. quod si amodo aliquando tempore nos qui supra germani uel nostris filiis filiabus uel heredex aduersus te qui supra Eribertus Abba uel aduersus tuisque subcessoribus uel pars ipsius mone*sterii* de predicta pecia de terra cum uinea super se abente qualiter superius legitur in integrum agere aut causare quesierimus per nos ipsos aut nostra . . . mitente . . . . . personas suplicandum Judices aut Principes uel qualibet Potestas. aut si aparuerit ullum datum aut factum uel collibet scriptum quod nos exinde in aliam partem dedisemus aut emisisemus et claruerit. et exinde omni tempore taciti et contenti non permanserimus. tunc spondimus nos qui supra germanis una cum nostris filiis filiabus uel heredex componere tibi qui supra Eribertus Abba uel ad tuis subcessoribus aut pars ipsius monesterii pena dubla suprascripta pecia de terra cum uinea infra se abente sicut pro tempore fuerint meliorata aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. insuper pena Argentum Denarios bonos Papiense libras decem. quidem et ad anc confirmandam promisionis cartulam accepimus nos qui supra germanis ad te ian dicto Eribertus Abba. exinde Launehilt mantello uno ut ec nostra promisio in uos uestrique subcessoribus uel pars ipsius monesterii perennis temporibus firma permanead adque persistat. et nec nobis qui supra germanis licead ullo tempore nolle quod uoluimus. set quod ad nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnixa. Actum Ciuitate Janua feliciter.

† Gisulfus Judex in ac cartula promisionis a me facta subscripsi. et suprascripto Launehilt accepi.

Razo in ac carta promisionis a me facta subscripsi et superscrito Launahilt accepi.

Signum m. m. m. m. manibus Andrei et Dominiconi et Johannis et Crexoni omnes lege uiuentes Romana testis

† Vgo notarius rogatus subscripsi.

† Ego Silueradus notarius scriptor huius cartule promisionis postradita compleui et dedi (¹).

(¹) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *Cartula de Besano , Ingus presbiter. De Braida Bissanis. Ingo presbiter* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXXIII.

Andrea, detto anche Giovanni, figlio del qm. Ardoino o Bonizone, e chierico della Chiesa Genovese, dona al monastero summentovato una metà de' suoi beni in Val di Bisagno, avendo già donata l'altra metà alla Canonica di san Lorenzo.

1818, maggio

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 106)

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia dei Imperator Augustus. anno Imperii eius deo propicio in Italia quinto. mense madius. Indicione prima. Monesterio Sancti Stefani christi. martiris sito foris set prope Ciuita Janua. Ego Andreas qui et Johannes clercius de ordine sancte Januensis Ecclesie et filius quondam Ardoini qui et Bonizoni. qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere Romana. offertor et donator ipsius monesterii. propterea dixi quisquis in Sanctis ac in uenerabilibus locis ex suis aliquit contulerit rebus iusta auctori uocem in oc seculo centuplum accipiad. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. et ideo ego qui supra Andreas Clericus offertor et donator ipsius monesterii dono et offero in eodem monesterio et per presente cartula offersionis ibidem abendo confirmo sicut in subter legitur. oc est medie de casis et omnibus rebus iuris mei quam abere uiso sum in ualle Vesano locus ubi Besanio dicitur. cui coerit tam ab ipsa medie quamque ad alia similem mediem que datam abeo ab Canonica Sancti Laorenti. da una parte uia publica. de alia parte terra Gotefredi. de tercia parte terra que fuit Liuprandi presbitero. de quarta parte uia publica. infra iam dictas coerencias oc sunt casis uineis uel aliis arboribus cum areis ubi estant omnia et ex omnibus suprascripta medietate in integrum una cum accesione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio dono et offero et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendo confirmo. faciendum exinde a presenti post meum decessum in susidium Abbatum uel monachorum qui in eodem monesterio ordinati fuerint et ibidem cotidie Deo deseruierint usu et sunctu quod uoluerint. eo uero ordine sic uenerit Abbas uel Pontifes seu qualibet Potestas que predictis casis . . . . . . . de omnibus rebus qualiter superius legitur de eodem monesterio tulerit uel pro scripcione in aliena persona fecerint. tunc statim ueniant predicta medietate de iam dictis casis et omnibus rebus in potestate de propinquioribus parentibus



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

meis qui ad illum die propinquior aparuerit. et facias de fruges et reditum que de ipsis rebus exierint quicquit uoluerit quandiu ueniad illas potestas que predicta medietate in eodem monesterio reuertat. et facias Abbas uel Monachos illos de predictas frugeas et reditum seu censum qui ibidem Dominus anni singolis dederit sine omni mea et heredum meorum contradicione. quidem espondimus adque promitto me ego qui supra Andreas Clericus una cum meos heredex a parte ipsius monesterii suprascripta medietate de predictis casis et omnibus rebus qualiter superius legitur coerencias in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si a parte ipso monesterio exinde aliquit per couis genium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec mihi licead ullo tempore nolle quod uoluit. set quod ad me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. anc enim cartula offersionis me paginam Silueradus notarius tradidit et scribere rogaui in qua subter confirmans testibusque optulit roborandam. Actum Ciuitate Janua feliciter.

† Andreas Clericus in hac cartula offersionis a me facta . . . .

Signum . . . . . . . . . . . . . . manibus Widoni et Odoni et Genoardi et Jouenal . . . . . . . lege uiuentes Romana testis.

Ego qui supra Silueradus notarius scriptor huius cartula offersionis post tradita *compleui et dedi* (1).

## DOCUMENTO LXXIV.

Eriberto suddiacono, figlio del qm. Migesio, dona al monastero di santo Stefano una terra con vigna, sita presso la Porta Soprana, in contiguità del muro di Genova.

1018, luglio

(Carte Genovesi, num. 107)

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Imperator Augustus. anno imp*erii eius Deo* propicio quinto. mense iulius. indicione prima. Monesterio S*ancti Stefani proto* cristi martiris sito foris set prope Ciuitate Janua. Ego Eribertus subdiaconus *de ordine* Sancte Januense Ecclesie et filius quondam Miexi. qui profeso sum

(1) Sul dorso, di mano antica: *Cartula de Besanio de Ponte.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

ex nacione mea lege uiuere *romana*. propterea dixi quisquis in Sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquis contulerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper cot melius est ui*tam* posidebit eterna. et ideo ego qui supra Eribertus subdiaconus dono et ofero in *eodem* monesterio et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmo *in susidium Abbatum* uel monahorum usu et suntu quid uoluerint sicut subter legitur pro mercede *et reme*dium anime mee. oc est pecia una de uites iuris mei cum area ubi estat *quam abe*re uiso sum iusta muro ciuitate Janua prope Porta Superana ubi car . . . . . . dicitur. et est pecia ipsa de uites cum area ubi est cum sicaria infra se *abente* pro mensura iusta in circuitu per totum perticas treginta et quatuor. *a perticas* de pedes duodecim a pedex Domni Liuprandi rex. que autem suprascripta pecia *de terra* cum area ubi estat supradicta una cum accesione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. faciendum exinde a presenti die in sunctum Abatum uel monahorum usu et sunctum *quod uoluerint sine* omni mea et eredum meorum contradicione. quidem et spondeo *atque promitto* me ego qui supra Eribertus subdiaconus una cum meos eredes *a parte ipsius monasterii* supradicta pecia de uites cum area ubi estat qualiter superius legitur in integrum *ab omni omine* defensare. qui sit defendere non potuerimus aut si a parte ipsius mone*sterii a*liquit p*er cou*is ingenio subtraere quexierimus. tunc in dublum eadem *ofersio eodem* mo*neste*rio restituamus sicut pro *tempore fuerit* melioratis *aut u*aluerit sub estimacione in consimile loco . *et nec nobis liceat* ullo tempore nolle quod uolu*it*. se quod a me semel factum uel conscriptum est sub iu*siuran*dum inuiolabiliter conseruare promit*timus cum stipu*lacione subnixa. ac enim cartula offersionis *me paginam* Bernod*us* tradidit et scribere rogaui. *in qua subter confirmans* testibusque optulit roborandum. Actum . . . . . . insu . . . . . dicitur feliciter.

*Ego Eribertus* subdiaconus in hac cartula offersionis a me facta subscripsi.

Signum m. m. m. manibus Ingo et Andreas et Benedictus omnes lege uiuentes Romana testes.

† Seuerus Judex rogatus subscripsi.

† Bernodus Notarius scriptor uius cartule offersionis post tradita compleui et dedi.

† Johannes rogatus subscripsi ( ).

(1) « Pergamena autentica segnata . . . . di mano antica, sul dorso: . . . . *de terra . . . , sunt domus prope murum ciuitatis* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXXV.

Ofiza figlia del qm. Pietro Giudice e vedova di Teutefredo, coi suoi figli Teutefredo, Giovanni, Giovanni, Alguda e Teuderada, donano al monastero suddetto una terra vignata e due campi nel Prato di San Martino, nonchè altri beni.

1018, agosto

(Carte Genovesi, num. 108)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Imperator Augustus. anno imperii eius Deo propicio quinto. mense augustus. indicione prima. Monesterio Sancti Stefani Christi martiris sito foris set prope ciuitate Janua nos Ofiza filia quondam Petri Judex et Teutefredus et Joanes et Joanes et Alguda et Teuderada iermanis et iermane filii quondam Teutefredi Judex mater et filiis. qui profesi sumus nos omnes ex nacione nostra lege uiuere romana. propterea ofertorex et donatores ipsius monesterio propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquis contullerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uita posidebit eterna. et ideo nos qui supra mater et filiis et filie donamus et offerimus et *per* presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus in susidium Abbatum uel monachorum usu et suntum quod uoluerint. oc est pecia una de uites cum area ubi estat et pecias duas de campo iuris nostris quam abere uisi sumus in loco et fundo ubi Prato Sancti Martini dicitur. Prima pecia de uites cum area ubi estat est pro mensura iusta super totum in circuitu perticas uiginti et octo. secunda pecia de campo est per mensura iusta super totum in circuitu perticas sedecim. tercia pecia de campo est per mensura iusta supra totum in circuito perticas octo. a perticas de pedes duodecim a a pedes Domni Liuprandi Rex. simliter per anc cartam offersionis donamus et offerimus in eodem monesterio. oc est sesta porcione de Casa . . . . . . et rebus itemque iuris nostris quam abere uisi sumus in predicto loco Prato Sancti Martini. cui coerit ei tam ab ipsa sesta porcione quamque at allias similes quinque porciones que pertinent Andrei et Johanni et Gotefredi germanis da una parte fluuio Vesano. de alia parte uia publica. de tercia parte terra de Eredex quondam Oberti Wicecomes et Wilielmi. de quarta parte terra que fuit Bernodus presbitero. sibeque alii sunt coerentes. atque pro ac cartula offersionis donamus et offerimus in eodem monesterio oc est nouena porcione de insula una itemque

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

iuris nostris quam abere uisi sumus iusta fluuio Vesano. cui coerit et tam ab ipsa nouena porcione qumque at alia similes octo porciones qui pertinet ipso monesterio da una parte fluuio Vesano. de alia parte uia publica que pergit a Lagoscuro. da tercia parte terra Sancti Stefani. sibeque alii sunt ab omnia coerentes. quibus autem suprascriptis omnibus rebus supra dictis una cum accessionibus et ingresoras earum seu cum superioribus et inferioribus earum rerum et qualiter superius mensuras et coerencias legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die in susidium usu et suntum quicquit uoluerint . eo uero ordine sic uenerit Pontifes aut Abbas seu qualibet Potestas que predictis omnibus rebus qualiter superius legitur de eodem monesterio tullerit aut in alia parte scriptione emiserit. statim ueniant predictis omnibus rebus in potestate nostra uel propinquioribus parentibus nostris qui at illo die propinquior aparuerit. et facias defruges et reditum seu censum quod de ipsis rebus exierit quiquit uoluerit quamdiu ueniat illas potestas que predictis omnibus rebus in eodem monesterio reuertat. et facias Abbas uel Monahos illos qui pro tempore in eodem monesterio ordinatis fuerit de fruges et reditum seu censum quod de ipsis rebus esierit sine omni nostra et eredum nostrorum contradicione. quidem et spondimus atque promitimus nos qui supra Mater et filiis et filie uel nostris eredibus a parte ipsius Monesterii predictis omnibus rebus qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si autem defendere non potuerimus. si a parte ipsius monesterii exinde aliquit per couis ingenium subtraere quexierimus. tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut ualuerit sub estimacione in consimilibus locis. et nec nobis qui supra mater et filiis et filie liceat ullo tempore nolle quod uoluit . sed quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnixa. anc enim cartulam offersionis me paginam Bernodus Notarius tradidit et scribere rogauimus. in qua subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. m. manibus suprascriptorum Ofiza et Alguda et Teuderada mater et filii et filie qui anc cartulam offersionis fieri rogauerunt.

Ego Teutefredus in hac cartula offersionis a me facta subscripsi.

† Johannes in ac cartula offersionis a me facta subscripsi.

† Johannes in presenti cartula a me facta subscripsi.

† Seuerus Judex rogatus subscripsi.

† Cunradus Judex rogatus subscripsi.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Signum m. m. manibus Leoni et Ardericus ambo lege uiuentes Romana testes.

† Bernodus notarius scriptor uius cartule offersionis post tradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO LXXVI.

Oberto del qm. Migesio ed Anna del qm. Ebone, giugali, nonchè Ebone e Guglielmo loro figli, donano al Monastero di santo Stefano una pezza di terra con case nel luogo di San Martino in Bisagno (2).

1019, maggio

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 426)

---

## DOCUMENTO LXXVII.

Boniza ed i suoi figli donano beni al Monastero predetto siti in Paverano.

1019, maggio

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 111)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio sesto. mense madio. indicione secunda. Tibi Eribertus Abas monasterio Sancti Stefani quod est constructum fori set prope ciuitate Janua. nos Boniza et Gotefredo et Rainaldo et Ermengarda . . . . . filii et filia ofertores et donatores ipsius monesterii. propterea dissimus . . . . . . . . . firmissime et bona ex spontanea uoluntatis nostre inter nostra . . . . . . . . . . . . *loco* et fundo Pauariano . . . . . . . . . . . . . ginta et quinque. a perticas de pedes duo*decim a pedes Domni Liuprandi rex. cui coerit* ab una parte

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida usque ad flumem Besanis et sunt pertice* LII. Di recente: *Num.* II, 1008, *il* 5.° *dell' Impero di Enrico. Donazione di terra a San Martino in Vesano fatta al monastero di s. Stefano da Ofiza figlia del qm. Pietro* » (Poch).

(2) Erroneamente però nel *Chartarum* (loc. cit.) fu stampato *Oberto filius qm. ilexi* (per *Miexi*) *et anna filia qm. ebani* (in luogo di *Eboni*).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

terra Genoardi. de alia parte terra . . . . . . . . . . . . . de quarta parte terra Martini. sibeque aliis sunt . . . . . . . . . . . . . . . . et coerencias. omnia tercia porcione in integrum una cum esito . . . . . . . . . . . qui supra Eribertus abas uel in tuos subcessores donamus et auf*erimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum* confirmamus. faciendum exinde abas uel monahos illos *qui pro tempore in eodem monesterio ordina*ti fuerint usu et suntu quiquit uoluerint pro anime nostre *mercede. sine omni nostra et* eredum nostrorum contradicione. salua quidem Luminaria Sancte *Ecclesie cuius est proprietas. et liceat uos exinde* libellum petire quandoque tempore uoluerit*is. et si fieret quod non credimus nos* qui supra Jermani et mater et filiis si unquam in tempore *nos uel nostris eredibus ad te* Eribertus Abas uel at tuos subcessores de suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur in integrum agere aut causare quesierimus. uel ab omni omine defensare non potuerimus preter de Ecclesia cuius est proprietas. tunc spondimus nos qui supra mater et filiis uel nostris Eredibus componere tibi qui supra Eribertus Abas uel at tuos subcessores pena dubla suprascripta pecia de terra comodo in tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. quam uero cartulam ofersionis me paginam Johannes notarius tradidi et scribere rogauimus. in qua subter confirmauimus testibusque obtulimus roborandum. Actum ciuitate Janua feliciter.

Signum . . . . . . . manibus suprascripte mater et filiis . . . . . et eox relecta est.

Signum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . tradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO LXXVIII.

Martino del qm. Alberto ed Oza, giugali, donano allo stesso monastero una terra vignata ed un prato che possedono in Val di Bisagno; presso il fossato di Acqualunga.

1019, maggio

(Pergamena dell' Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 112)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori *nostri* Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio in Italia sexto. mense madius. indicione secunda. Monesterio Sancti Stefani Christi

(¹) Sul dorso, di mano antica: *De Pauarano uel Marasio.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

martiris sito foris set prope ciuitate Janua nos Martinus filius quondam Alberti et Oza iugalibus. qui profesi sumus nos iugales ambo ex nacione nostra lege uiuere Romana. offertor et offertris uestris. propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contulerit rebus iusta auctori uocen in oc seculo centuplum accepiad. insuper quod melius est *uitam possidebit eter*nam. et ideo nos qui supra iugalibus offertores et donatores ipsius monesterii donamus offerimus et per presentem cartulam offersionis in susidium Abbatum uel Monachorum qui in eodem monesterio ordinati fuerint et cotidie ibidem Deo deseruierint uso et sunto quod uoluerint ibidem abendum confirmamus. oc sunt pecia una de uites et pecia una de prato cum area ubi estant iuris nostris iugalibus. quam abere uisi sumus in ualle Vesano prope fosato qui dicitur Aqualunga. et est prima pecia de terra cum uites infra se abente per mensura *iusta* in circuitum super totum perticas sexaginta. secunda pecia de prato est per mensura *iusta* in circuito super totum perticas nouem. a perticas de pedes duodecim a pedex Domni Liuprandi Rex. coerit a prima pecia de uites da una parte terra Wilielmi. de alia parte terra Wal . . . it. de tercia parte uia publica. secunda pecia de prato cui coerit ei da una parte terra que fuit quondam Bernodi presbitero. de alia parte terra de heredex quondam Miesi. de tercia parte terra de Heredex quondam Otberti Vicecomes. sibeque alii sunt ab omnia coerentes. que suprascripta pecia de prato et ian dicta de uites cum are in qua estant superius dictas una cum acesione et ingresoras earum seu cum superioribus et inferioribus earum rerum et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus oferimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendo confirmamus. faciendo exinde a presenti die eo uero ordine sic uenerit Pontifes aut Abbas seu qualibet potestas qui *de pre*dictis rebus de eodem monesterio tullerit aut si in altera parte pro scrip*ti*one emiserit. tunc uolumus ut ueniant predictis rebus in potestate nostra uel propinquioribus parentibus nostris qui ad illum die propinquior aparuerit quandiu ueniad illas potestas qui predictis rebus in eodem monesterio reuertat. et facias Abbas uel monachos illos qui pro tempore in eodem monesterio ordinati fuerint de fruges et reditum uel censum que de ipsis rebus anni singolis exierit usu et suntu quicquit uoluerint sine omni nostra uel heredum nostrorum contradicione. quidem expondimus adque promitimus nos qui supra Jugalibus una cum nostris heredibus a parte ipsius monesterii suprascriptis pecia de uite et predicta pecia de prato cum area ubi estant qualiter superius mensura et coerencias legitur in integrum ab omni omine defensare. quod sit defendere non potuerimus aut si a parte predicti monasterii exinde aliquit per couis genium suptraere quesierimus. tunc in

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec nobis qui supra iugalibus licead ullo tempore nolle quod uoluimus. set quod ad nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnixa. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascriptorum Martini et Oza Jugalibus qui anc cartulam offersionis fieri rogauerunt. et ipse Martinus eidem conius sua ab omnia suprascripta consensi ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Martini et Juuencii et Johanni item Martini et Adam omnes lege uiuentes Romana testes.

† Ego Silueradus notarius scriptor huius cartule offersionis post tradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO LXXIX.

Domenico del qm. Martino fa donazione a Bonizo suo figlio di tutti i suoi beni.

1019, agosto

(Carte Genovesi, num. 114)

In nomine domini dei et Saluatori nostri Jhesu christi. Enricus gratia dei Imperator Augustus. anno Imperii eius deo propicio in Italia sesto. mense Augustus. Indicione secunda. dilectissimo mihi semper Bonizo filio meo. Ego Dominicus filius quondam martini genitor et donator seu et benefactor tuus . . . . dono . . . . oc sunt casis et omnibus rebus illis iuris mei . . . . . . . . . . et libellariis quibus sunt positi in Valle . . . : . porcifera in locas et fundas Langasco. Caurasco. in loco de uico belegnia. casalle preda strecta. Gazio. Plunki. Pauerio. uel in eorum territoriis . . . . . . pos meum qui supra Dominicum decessum . . de rebus libellariis salua quidem luminaria sancte Ecclesie cuius est proprietas . . . (2) Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum . . . . . . . . manibus Andrei et . . . . . . et martini atque Johannes seu . . . . . . rogati testes.

Ego qui supra Albizo notarius scribtor uius cartule donacionis postradita compleui et dedi (3).

(1) Sul dorso, di mano antica: *De Braida Bissanis.*

(2) Ommesse le formole (Poch).

(3) Pergamena autentica, già serbata nell' Archivio di san Siro, e sul cui dorso leggevasi: 1009. *Effetti in Langasco, di san Siro* (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXXX.

Enrico II imperatore pubblica nella Dieta di Strasburgo tre costituzioni, alla presenza *quamplurium nobis . . . fidelium . . . episcoporum . . . Januensis Lunensis*.

1019, settembre — ottobre

(Ved. Pertz, Monum. Germ. Histor., vol. IV, Legum II, p. 38)

---

## DOCUMENTO LXXXI.

Ingo del qm. Migesio e Richilda sua moglie donano al monastero di santo Stefano una pezza di terra nel luogo di San Martino.

1019, ottobre

(Carte Genovesi, num. 115)

---

In nomine Domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratiam dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio hic in Italia sesto. mense octuber. Indicione tercia. Monesterio Sancti Stefani christi martiris sito foris set prope Ciuitate Janua. Nos Ingo filius quondam Miesii et Richilda iugalibus filia quondam Arnaldi. qui professa sum ego Richilda ex nacione mea lege uiuere Longobardorum set nunc pro ipso uiro meo lege uiuere uideor Romana. ipso namque iugale et Mundoaldo meo mihi consenciente et subter confirmante. et iusta lege mea in qua nata sum una cum noticia de propinquioribus parentibus meis qui supra Richilda. it sunt Arnaldus et Alricus germani filii mei. seu Dodo propinco parente meo in eorum presencia uel testium certa facio profesione quod nullam me pati uiolencia ad quem piam omine nec ab ipso iugale et Mondoaldo meo. nisi mea bona et spontanea uoluntate. ofertores et donatores ipsius monesterii. propterea disimus quicquit in sanctis et uenerabilibus locis et suis aliquit concontullerit rebus iusta octoris uocem in oc seculo centuplum accipiet. insuper cot melius est uita posidebit eterna. Ideoque nos qui supra Jugalibus donatores et ofertores eidem monesterio donamus cedimus tradimus conferimus et per presentem cartam offersionis in eodem monesterio abendum confirmamus. idest pecia una de terra cum uites et alios arbores fructiferos super se abente cum area sua iuris nostris iugalibus quas abere uisi sumus foris ciuitate Janua locus ubi dicitur

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Sancto Martino. coerit a suprascripta pecia de terra da tribus partibus terra ipsius monesterii. da quarta parte uia publica. sibique aliis sunt coerentes. una cum accessione et ingresso seu cum superioribus et inferioribus qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus et oferimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die Abas qui nunc ordinatus est uel suo subcessores in eo ordine ut subtus legitur a parte ipsius monesterii quicquit uolueris. ita tamen ut si auenerit Pontifex aut qualibet Potestas que iam dicta pecia de terra de suprascripto Monesterio tollere uoluerit. tunc deueniat in potestate de plus propinquioribus parentibus nostris dum usque predicta pecia de terra defendamus. et postea deuenia a predicto monesterio sine omni nostra qui supra iugalibus uel eredum nostrorum contradicione. quidem et spondimus adque promitimus nos qui supra Jugalibus una cum nostris Eredibus ac parte ipsius monesterio ab omni omine defensare. quot si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquit per couis ingenium subtraere quexierimus. tunc in dublum eadem ofersio ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec nobis iugalibus liceat ullo tempore nolle quod uoluit. sed quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitto con stipulacione subnixa. quam uero cartulam offersionis pagina Gumpertus notarius tradimus et scribere rogauimus. in qua subter confirmans testibusque obtulimus roborandum. Actum in loco Isole feliciter.

Signum m. manus mei suprascripta Richilda qui anc carta offersioni fieri rogauit.

† Ingo subscripsi et suprascripta uxor mea consensi ut supra.

Signum m. m. manibus Arnaldus et Alricus germani qui eadem Richilda genitrix nostra interrogauerunt ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Bonizo et Johannes et Martinus et Genuardus et item Martinus rogati testis.

Ego qui supra Gumpertus notarius scriptor uius carta offercionis post tradita compleui et dedit (1).

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXXXII.

Guido del qm. Oberto e Gilberga sua moglie, Dodone, Oberto, Gandolfo, Guglielmo chierico ed Alberto loro figli, nonchè Rainfredo del qm. Ingone donano al monastero di santo Stefano i beni che possedono nel ridetto luogo di San Martino.

1020, aprile.

(Pergamena dell' Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo 1; Carte Genovesi, num. 118)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio setimo. mense aprilis. Indicione tercia. Monesterio Sancti Stefani sito foris set prope ciuitate Janua nos Vido [1] filius quondam Oberti et Gilberga iugalibus et Dodo et Obertus Gandulfus et Wilielmus clericus et Albertus iermanis. ipso uiro et ienitori nostro nobis consenciente et subter confirmante. et Rainfredus filius quondam Ingoni. ofertores et donatores tui. propterea diximus quisquis in Sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquid contullerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius uitam posidebit eternam. et ideo nos qui supra iugalibus et Jermanis et Rainfredus offertores et donatores uestri donamus cedimus tradimus et conferimus et per presentem cartulam offersionis abendum confirmamus. oc est nostra porcione et diuixione quod est tercia porcione de rebus illis qui fuerunt quondam odemari filii quondam Ansaldi quibus sunt poxitis in locas et fundas Vesano. loco ubi Sancto Martino dicitur. cui coerit ab ipsis rebus da una parte terra que fuit quondam Andrei Judex. de alia parte uia publica. de aliis duobus partibus terra ipsius monesterii. infra ian dictas coerencias omnia et ex omnibus duodecima porcione in integrum. oc sunt uineis saletis ficetis canetis omnia et ex omnibus sicut superius legitur in integrum. que autem suerascripta duodecima porcione de ian dictis rebus supradictis una cum acesione et ingreso suo seu superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die in susidium abatum uel Monachorum qui in eodem monesterio ordinati fuerint uxu et subtu quod uoluerint pro anime nostre mercede sine omni nostra uel Eredum nostrorum contradicione. quidem et spondimus atque promitimus nos

[1] *Aut Judo aut Indo* (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

qui supra Jugalibus et germani et Rainfredus uel nostris credibus a parte ipsius monesterii de suprascripta duodecima porcione de predictis . . . . . et omnibus qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si a parte ipsius monesterii exinde aliquit per couis inienium subtraere quexierimus. tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio *restituamus* sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. quam uero cartulam offersionis nostre Bernodus notarius scribendum rogauimus. in qua subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum infra castro Carmadino feliciter.

† Rainfredo in ac cartula offersionis a me facta subscripsi (1).

## DOCUMENTO LXXXIII.

Giovanni del qm. Berolfo e Teuderada, giugali, in una coi loro figli, donano al monastero medesimo una pezza di terra sita nel Prato di San Martino.

1022, aprile

(Carte Genovesi, num. 119)

In nomine domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Enricus gratia dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio nono. mense aprilis. indicione quinta. Monesterio Sancti Stefani proto christi martiris sito foris et prope Ciuitate Janua. Nos Johannes filius quondam berulfi et Teuderada qui et Gotiza . . . . et ipso uiro meo mihi consenciente . . . . . . . seu Liuzo qui et Landulfo et Opizo et Teuderada et . . . . iermani et iermana filii et filia eorum iugalibus. et ipse Johanni eiden filii et filia sua consenciente . . . . . qui profesi sumus nos omnes ex nacione nostra lege uiuere Romana . . . . . . . . donamus et auferimus in suntu uel in susidium Monachorum . . . . . . oc est pecia una de terra cum arboribus fructiferis infra se habente iuris nostra que posita est in loco et fundo ubi dicitur prato Sancti Martini. et est per mensura iusta in circuitu super totum perticas Treginta et media. a perticas de pedes duodecim a pedes Domni Liuprandi Rex. coerit ei de una parte terra de Eredes quondam Martini Judicis et Johanni iermani. de alia parte uia pu-

(1) Pergamena autentica, mancante sul fine; notata sul dorso, di mano antica: *Carta quam fecit Indo de S. Martino, quam fecit Indo cum suis filiis et Raifredo.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

blica . . . . de aliis duobus partibus terra suprascripti monesterii Sancti Stefani . . . . faciendum exinde . . . . . Abbas uel Monachi illi . . . . exinde cotidie ibidem seruierint usu et sunctu . . . . . . pro anime nostre mercede . . . eo uero ordine ut si euenerit Pontifex aut Abbas qui suprascripta pecia de terra de eodem monesterio tullerit. tunc ueniat in potestate de propinquioribus parentibus ipsorum Jugalibus . . . . . . cousque uenerit Pontifex aut Abas qui in suprascripto monesterio abere . . . . . debent in suntu . . . . . . . . . . . . . . Actum ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. m. m. m. m. manibus suprascriptos Johanni et Teuderada iugalibus et Liuzo et Opizo et Tedixio et Teuderada iermani et iermana filii eorum iugalibus qui anc cartulam ofersionis fieri rogauerunt. et ipse Johannes eidem uxor et filii sui consensit ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Berizoni et Rainaldus et Bonofilio et Petri Johanni et item Johanni lege uiuentes Romana testes.

Ego qui supra Johannes Notarius scriptor huius cartule ofersionis postradita compleui et dedit [1].

## DOCUMENTO LXXXIV.

Teberga del qm. Andrea giudice e vedova di Tommaso, Guglielmo giudice, Gottifredo, Cunizo ed Emengarda figli dei detti coniugi, donano al monastero di santo Stefano un loro campo sito nel Prato di San Martino.

1022, aprile

(Carte Genovesi, num. 120)

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Einricus gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio nono. mense Aprilis. Indicione quinta. Monesterio Sancti Stefani proto martire sito foris urbis Janua. ubi preest Domnus Aribertus Abas. nos Teberga filia quondam Andrei Judex Wilielmus seu Gotifredus et Cunizo qui Ermengarda Jermanis et Jermana filii et filia quondam Tomas et eidem Teberge. qui professi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere Romana. offertor et donator ipsius monesterii. propterea dissimus quisquis in sanctis et uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiad. insuper quod melius

(1) « Pergamena autentica » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

est uitam posidebit eternam. ideoque nos qui supra Mater et filii uel filia offertores uel donatores eidem monesterio Sancti Stefani per mercedem et remedium anime bone memorie Johannes clericus filio et iermano nostro donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus. idest pecia una de campo iuris nostro quam abere uisi sumus non multo longe ipsius monesterio. et est ad locus ubi nominatur a Prato Sancti Martini. et est ipsa pecia de campo per mensura iusta in longitudo perticas uiginti. de alia parte in longitudo perticas uiginti. et ex trauerso da uno capite perticas duas. de alia parte similiter perticas duas. a perticas de pede duodecim a pedes Domni Liuprandi Rex. coerit ei de una parte uia publica. de alia parte terra Sancti Stefani. de tercia parte terra Cunizoni. de quarta parte similiter Sancti Stefani. sibique aliis sunt coerentes. que autem suprascripta pecia de terra aratoria superius dicta una cum accessione et ingresso seu superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eadem monesterio donamus et offerimus et per presentem cartu am ofersionis abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die Abas et Monachi qui nunc in eodem Monesterio sunt uel suorum supcessorum in suntum uel susidium uestr rum uestrorumque subcessorum quicquit uoluerint sine omni nostra et eredum nostrorum contradicione in eo tinore ut super legitur. qui abas non abeant licenciam nec potestatem per libellum uel per aliam scripsionem in alienam potestatem mitere. set omni tempore in predicto monesterio a domnicato teneant. et si auenerit Pontifes aut Marhio seu qualibet potestas que ipsa terra ad iam dicto monesterio tollere uel inquietare uoluerit aut qualecumque Abate in aliena potestate per qualibet occaxione in alterius potestatem per quam dederit. tunc iam dicto campo et rebus in nostram deueniad potestatem uel de nostris propinquiores eredes. quidem expondimusque promittimus nos qui supra mater et filii una cum nostris eredibus pars ipsius monesterio qui nunc ordinati sunt uel deinces in anti (*sic*) ordinati esse debent suprascripta pecia de terra aratoria qualiter supra decernitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquit per couis inienium suptraere quexierimus. tunc in dublum eadem offersio ut supra legitur eadem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit meliorato aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. sed quod ad me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus con stipulacione sumnixa. Actum ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. manibus Teberga et Ermengarda mater et filia qui ac cartula offersionis fieri rogauerunt.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

† Wilielmus Judex Domni Regis in ac cartula offersionis a me facta subscripsi.

† Gotefredo in ac cartula offersionis a me facta subscripsi.

† Cunizo in ac cartula offersionis a me facta subscripsi.

Signum m. m. m. manibus Amicus et Bonizo seu Opizoni quondam Razoni siue Erizoni leie uiuentes Romana testes.

† Ego Johannes notarius scriptor uius cartule offersionis postradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO LXXXV.

Martino del qm. Giovanni dona al monastero di santo Stefano la duodecima parte di un pastino in Pâverano.

1022, aprile

(Carte Genovesi, num. 121)

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Eginricus gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio in Italia nono. mense Junius. Indicione quinta. Monesterio Sancti Stefani sito foris ciuitate Janua. Ego Martinus filius quondam Johanni. qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere Romana. propterea dixi quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contulerit rebus iusta auctori uocem in oc seculo centuplum accipiad et uitam posidebit eternam. et ideo ego qui supra Martinus offertor et donator tuus dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. oc est duodecima porcione de pasteno uno et rebus iuris mei quam abere uiso sum in l co papariano. locus ubi dicitur Valle fugaciaria. et est ipso pasteno et rebus tam ab ipsa duodecima porcione quamque ad simile undecim porciones per mensura iusta iu circuito super totum perticas centum a perticas de pedes duodecim a pedes Domni Liuprandi Rex. que autem suprascripta duodecima porcione de ian dicto pasteno et rebus supradicta una cum accesione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius (*legitur*) in integrum ab ac die in eodem monesterio dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem

(¹) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida. Carta offersionis de pecia de campo a Sancto Martino quam fecit . . . Tomus . . .* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

abendo confirmamus. faciendo exinde a presenti die in susidium Abbatum uel Monachorum qui in eodem monesterio ordinati fuerint usu et suntu quicquit uoluerint. eo uero ordine si euenerit Pontifex aut Abbas seu qualibet potestas que ipsis rebus de ian dicto monesterio tullerit uel pro scripcione in alia parte etmiserint . . . . . . statim uolo ut ueniant predictis rebus in potestate de *pr pin*quioribus parentibus qui ad illum die propinquior aparuerit quandiu ueniet illas potestas qui predictis rebus in eodem monesterio reuerterint ut facias (*Abas*) uel Monachos illos qui in eodem monesterio ordinati fuerint de fruges et reditum seu censum qui de ipsis rebus esierint quiquit uoluerint sine omni mea et heredum meorum contradicione. quidem espondeo adque promitto me ego qui supra Martinus una cum meis heredibus a parte ipsius monesterii predicta duodecima porcione de iandicto pasteno et rebus qualiter superius mensura legitur in integrum ab omni omine defensare. quod sit defendere non potuerimus aut a parte ipsius monesterii exinde aliquit per couis genium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerint meliorata aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec mihi licead ullo tempore nolle quod uoluit. set quod ad me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus Martinus qui anc cartulam offersionis fieri rogaui. et ei relecta est.

Signum m. m. m. m. m. manibus Johanni et Petri et item Johanni et Bruningi et Daniel omnes lege uiuentes Romana testis.

† Ego Silueradus notarius scriptor huius cartule offersionis postradita compleui et dedi (1).

## DOCUMENTO LXXXVI.

Lamberto del qm. Godone ed Oza del qm. Marino, giugali, donano a certe condizioni parecchi beni mobili ed immobili al monastero di san Siro.

1023, 1 luglio

(Carte Genovesi, num. 123)

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jesu Christi. Enricus gratia Dei Imperator Agustus. anno Imperii eius Deo propicio decimo. kalendas

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *Vallis Fugazarie in cuntrata Pauarani* » (Poch).



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Julius. Indicione VI. Monasterio Sancti Siri sito foris prope urbis Janua ubi nunc Abas est ordinato Dono Ansaldo Abate. Nos Lambertus filius quondam Godoni et Oza qui Obberca iugalibus filia quondam Marini. qui profesi sumus nos iugales ambo ex nacione nostra lege uiuere romana. ipso namque iugale meo mihi consenciente et subter confirmante. aufertores et donatores eidem Monesterio. propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta Autori uocem in oc seculo centuplum accipiet. et insuper quod melius est uita possidebit eterna. et ideo nos qui supra Jugalibus aufertores et donatores eidem monesterii donamus et auferimus et per presentem cartulam aufersionis abendum confirmamus. Hoc sunt casis et omnibus rebus illis nostris libellareis quas abere uisi sumus in locas et fundas Codoledo uel in eis teritoriis. cum omnibus casis seu libellariis eciam cenciis quicquit a iam dicto loco Codoledo pertinere uidetur de nostris libellareis in integrum. seu et donamus et auferimus in eodem Monesterio Sancti Siri uinea et rebus nostris proprietareis quas abere uisi sumus non multum longe de Ecclesia Sancti Siri que est iusta uia que pergit a Terricio (¹). et de alia parte fosato qui uocatur de Sancta Sauina. et de superiore capite terra Berizoni et de reliquis suis consortes. et de inferiore capite terra Sancte Sauine. Infra iam dictas coerencias omnia in integrum. siue eciam et donamus atque auferimus in predicto Monesterio Sancti Siri Casale Suprano nostro proprietario quod abere uisi sumus in Villa Luculi quod est iusta terram Carloni et de suis fratribus. sibique alii sunt ab onia coerentes. atque auferimus at ian dicto Monesterio tantum de mobilia nostra per apreciatum ualeant usque at soldos centum. in tali uero ordine de iam dicta mobilia sic data at fabricare ipsa Ecclesia Sancti Siri. qui autem suprascriptis casis et rebus supradictis una cum accessionibus et ingresoras earum seu cum superioribus et inferioribus earum rerum qualiter superius legitur in integrum et dum Ildeza genitrice mea qui supra Lamberto in oc seculo fuerit uita ian dicta uinea que est iusta Fosato Sancte Sauine et ian dicto Casale de Luculi sicut superius legitur abeat a frugendum. et faciant de frugibus earum rerum uel censum quibus exinde anue Dominus dederint quitquit uoluerint sine omni nostra qui supra iugalibus uel heredum nostrorum contradicione. quidem espondimus atque promitimus nos qui supra iugalibus uel nostris eredibus a parte ipsius Monesterio pena supradictis casis et rebus

(¹) Il Poch lascia qui vuoto uno spazio, parendogli che il senso non corra bene; onde sospetta di una qualche parola o frase tralasciata. Ma anche nel *Chartarum* (vol. I, col. 527), dove questa donazione è incorporata al Placito che ricorderemo sotto il 1039, si legge semplicemente così.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

in dublo comodo in tempore fuerit melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimilibus locis. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluit. se quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus con stipulacione subnixa. Actum Ciue Janua feliciter.

Signum m. m. manibus Lamberti et Oza iugalibus qui anc cartulam aufersionis fieri rogauerunt. et ipse Lambertus eidem Conius sua consensi ut supra. et pro nimia firmitate minime scribere ualeat.

Signum m. m. manibus Johanni item Johanni lege uiuentes romana testes.

Signum m. m. manibus Johanni et Silo qui Zoblolo testes.

Silueradus Judex rogatus subscripsi.

Ego Johannes Notarius scriptor uius cartule aufersionis post tradita compleui et dedit.

## DOCUMENTO LXXXVII.

Composizione seguìta fra Ariberto abbate di santo Stefano, e Guglielmo e Richiza del qm. Paolone, pel possesso di una isola in Bisagno.

1024, maggio

(Carte Genovesi, num. 127)

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Einricus gratia dei Imperator Augustus. anno Imperii eius deo propicio undecimo. mense madius. Indicione septima. uobis Domnus Aribertus Abas monesterio Sancti Stefani sito foris urbis Janua nos Wilielmus et Rihiza iermani filio uel filia quondam Pauloni. et ipse riberta conius (*sic*) . . . qui profesi sumus nos ex nacione nostra leie uiuere Romana. et ipso viro meo mihi consenciente et supter confirmante. propterea dissimus promittimus que exspondimus nos qui supra Jermano et Jermana una cum nostris filiis filiabus uel Eredibus tibi qui supra Aribertus ab*as* tuosque supcessores uel pars ipsius monesterio ut nullum umquam in tempore non abeamus licenciam nec potestatem per *nul*lum ius ingenium nullam*que occasionem* quot fieri potest agere nec causare. nominatiue de nostra porcione et diuixio*ne* . . . . . . *i*sola una de terra que est poxita iusta fluuio Vesano et ubi alie coerencie decernitur. de alia parte Closa de . . . . . . . . . . uno et campo predicto monesterio. sibique aliis sunt coerentes. infra iam dictas coerencias omnia et ex omnibus . . . . . . . . . . . . . nobis pertinere uidetur. nam non de esito uel intrare et

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

esire debemus de uinea nostra que est ibi prope. unde nunc tu qui supra Aribe*rtus abas* in nobis promissionem fecisti. set de illa Insula quod superius spondidimus dicendum quod nobis aliquid pertinere debesset (*sic*) omni tempore tacitum ... *con*tenti permaneamus. uel si aparuerit ullum datum aut factum uel colibet scriptum quod nos exinde in aliam partem fecissemus aut emixisemus uel deinces in antea emitamus et claruerit. tunc componere promitimus nos qui supra Jermanus et Jermana uel nostris filiis filiabus uel Eredibus tibi qui supra Domnus Aribertus Abas tuosque supcessores uel pars ipsius *mone*sterio pena Arientum denarios bonos Papienses solidos quadraginta. et ad ac confirmandum promissionis cartulam accepimus nos qui supra Jermano et Jermana ad *cau*telam dicto Domno Aribertus Abas exinde Launehilt uestimenta una unde nostra promissio sicut supra legitur firma permanead que persistad. et nec nobis licead ullo tempore nolle quod uoluimus. se quod ad nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnixa. Actum Ciue Janua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascripto Wilielmi et Richizani (*sic*) qui ac cartula promissionis fieri rogauerunt et suprascripto Launehilt acceperunt.

Signum m. manus suprascripto Johannes qui eidem conius sua consensi ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Johannes et item Johannes et Vrso adque Adalardus seu Bosoni leie uiuentes Ro*mana testes*.

Ego Johannes notarius et Judex scriptor uius cartule promissionis post tradita compleui et dedi (1).

## DOCUMENTO LXXXVIII.

Cessione di una terra livellaria nel luogo di Mortedo, fatta da Giovanni e Teuderada coniugi a Genoardo e Adalsinda del pari giugali.

1025, gennaio.

(Pergamena dell' Arch. Gov., abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 128)

† Anni ab incarnacione Domini *nostri* Jhesu Christi Millesimo uigesimo quinto. mense Januarius. Indicione octaua. Manifesti sumus nos

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Braida usque ad flumen Vesanis et molendinis* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Johannes filius quondam Eldegarde et Teuderada Jugalibus. et ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. nos quidem in presencia testium accepimus at uos Genoardus et Adalsinda iugalibus argentum Denarios bonos papienses libras quatuor *pro* utilitatibus nostris peragendum. unde pro suprascripto precio quod accepimus ad uos uendimus tradimus atque refudauimus uobis qui supra item iugalibus. hoc est pecia una de terra cum uinea et arborex fructiferos infra se abente nostra libellaria que posita est in loco et fundo ubi dicitur Mortedo. et est ipsa pecia de terra pro mensura iusta in circuito super totum perticas quadraginta due. a perticas de pedes duodecim a pedes Domni Liuprandi Rex. coerit ei de una parte terra que fuit Bonizoni. de alia parte terra ipsius Bonizoni. de tercia parte uia puplica. de quarta parte similiter uia. sibeque aliis sunt coerentes. infra ian dicta mensura et coerencias omnia in integrum una cum accessione et ingresso suo seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum inde a presenti die in uestra qui supra Jenoardus et Alsinda iugalibus uel in eredibus uestris aut cui uos dederitis uel habere statueritis sit potestate ex nostra qui supra Jugalibus plenissima largietate faciendi quodcumque uolueritis. salua quidem Luminaria Sancta Ecclesia cuius est proprietas. et licead uos exinde libellum petire ad nomen uestrum aut cuiuscumque uolueritis. et si fierit quod nunquam credimus nos qui supra Jugalibus si unquam in tempore *nos* uel nostris eredibus atuersus uos qui supra iten Jugalibus uel aduersus uestrisque eredibus aut cui uos dederitis suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur in integrum agere aut causare quesierimus uel ab omni omine defendere non potuerimus preter de Ecclesia cuius est *proprietas. tunc promittimus* nos qui supra iugalibus uel nostris eredibus componere *uobis qui supra* iugalibus uel at eredibus uestris pena dub . . . . . . . . . . . suprascripta pecia de terra comodo in tempore fuerit meliorata aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. quam uero cartulam uindicionis nostre Johannes notarius scribendum rogauimus. in qua subter confirmauimus testibusque obtulimus roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascriptorum Jugalibus qui anc cartulam uindicionis fieri rogauerunt et suprascripto argento acceperunt. et eidem uxor sua consensi ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Ingelberti et Ingezoni et Adam et Johanni seu Richizoni rogatis testes.

† Ego qui supra Johannes notarius scripsi post tradita compleui et dedit . . . . . .

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO LXXXIX.

Promessa dei detti Giovanni e Teuderada di riconoscere ed avere per ferma la cessione di cui sopra.

1025, gennaio

(Pergamena dell' Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 129)

—

† Anni ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi millexímo uigesimo quinto. me*nse ia*nuarius. Indicione octaua. Vobis Genoardus et Alsinda Jugalibus nos Johannes filius quondam Eldegarde et Teuderada Jugalibus. et ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. qui profesi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere Romana. propterea dissimus promitimus expondimus nos qui supra uel nostris Eredibus uobis qui supra itemque Jugalibus uestrisque eredibus ut amodo nullo umquam in tempore non abeamus licenciam nec potestatem per nullum inienium nullamque occasionem quod fieri potest agere nec causare. nominatiue pecia una de terra cun uinea et arborex fructiferos infra se abente unde nos qui supra Jugalibus uobis qui supra itemque iugalibus cartulam uindicionis emisimus. que est posita in loco et fundo Mortedo per mensura et coerencias designata. set exinde omni tempore taciti et contenti permaneamus. Quod si amodo aliquando tenpore nos qui supra iugalibus uel nostris Eredibus atuersus uos qui supra itemque iugalibus uel atuersus uestrisque eredibus aut cui uos dederitis suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur in integrum agere aut causare quesierimus per nos ipsos aut nostras sumitentes personas suplicandum Principis aut Judicis seu qualibet potestas. aut si apparuerit ullum dactum aut factum uel colibet scriptum quod nos exinde in aliam partem dedisemus aut emisisemus. uel deinceps in antea etmitamus et claruerit. et qualecumque tenpus uos qui supra Jenoardus et Alsinda Jugalibus uel at uestris eredibus aut cui uos dederitis oportunum fuerit in Placitum libellum de suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur in Placitum ostendere promitimus. eo uero ordine placitum finitum suprascripta libellum in nostra reuertant [potestate. quod si non fecerimus et omnia non atinpleuerimus sicut superius legitur. tunc componamus nos qui supra Jugalibus uel nostris eredibus uobis qui supra itemque Jugalibus uel at eredibus uestris pena auri obtimi libras decem. quidem et ac confirmanda promissionis cartula accepimus nos qui supra Jugalibus at uos qui supra Jugalibus exinde Launehilt Mantello uno. ut ec nostra promisio in uos uestrisque Eredibus firma permaneat que persistad. et nec nobis liceat

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

ullo tempore nolle quod uoluimus. set quod at nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus cum stipulacioue subnixa. Actum Ciue Janua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascriptorum Jugalibus qui anc cartulam promissionis fieri rogauerunt. eox relecta est.

Signum m. m. m. m. m. manibus Ingelberti et Ingezoni et Adam et Richizoni et Johannes lege uiuentes Romana testes.

† Ego Johannes Notarius scripsi. postradita cumpleui et dedit.

---

## DOCUMENTO XC.

Promessa fatta da Bonizo del qm. Pietro e Genoardo suo figlio a Genoardo del qm. Giovanni e Bonosa giugali, di avere per valida e ferma la cessione di una terra livellaria sita in Mortedo.

1025, gennaio.

(Carte Genovesi, num. 130)

---

In nomine Domini. hanni ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi. millexímo uiexímo quinto. *mense ianuarius*. Indicione octaua. Vobis Genoardus filius quondam Johannes et Bonoxa iugalibus filia quondam Ber*nodi nos* Bonizo filius quondam Petri et Jenoardus pater et filio. ipso Genitori meo mihi consenciente et *subter* confirmante. qui profesi sumus nos ambo ex nacione nostra Lege uiuere Romana. propterea diximus promitimus atque spondimus nos qui supra pater et filio una cum nostris filiis filiabus uel eredex uobis qui supra iugalibus uestrisque eredibus ut amodum nullum unquam in tempore non abeamus licentia nec potestate per nullum ius ingenium nullaque ocaxione quod fieri potest abere nec causare. nominatiue pecia una de terra cum uinea et alios arbores fructiferos infra se abente. unde ego qui supra Bonizo in uos qui supra iugalibus cartulam uindicionis etmiximus. que est poxita in loco et fundo Mortedo per mensura et coerencia designata. dicendum quod uobis exinde aliquit pertinere debet. set omni tempore taciti et contenti permaneamus. quod si amodo aliquando tempore ego qui supra Pater et filio uel nostris filiis filiabus uel eredes auersus uos qui supra iugalibus uel auersus uestrisque eredibus aut cui uos dederitis de *suprascripta* pecia de terra qualiter superius legitur agere aut causare quexierimus per nos ipsis aut nostras imitentes personas. aut si aparuerit datum aut factum uel colibet scriptum quod nos exinde in aliam parte fecit

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

semus aut emixisemus uel deinces. . . . . . . . . . . . . et omni tempore exinde taciti et contenti permaneamus sicut superius legitur. similiter spondimus nos qui supra Pater et filio uel nostris filiis filiabus uel eredex ut qualecumque tempus uos qui supra iugalibus uel at eredibus uestris aut cui uos dederitis oportunum fuerit in placito libellum unum ubi relegitur suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur uobis a placitum ante presencia bonorum ominum ostendere promitimus. eo uero ordine placitum fenitum predictum libellum in nostra reuertant potestate. quod si non fecerimus aut non atinpleuerimus sicut superius legitur. tunc spondimus nos qui supra pater et filio uel nostris filiis filiabus uel eredes componere uobis qui supra iugalibus uel at eredibus uestris aut cui uos dederitis pena argentum denarios bonos papienses libras decem. quidem et at acconfirmanda promixionis cartula accepit ego qui supra Pater et filio at te ian dicto Genoardus exinde Launahint mantello uno ut ec nostra promixio in uos uestrisque eredibus firma permanead atque persistat. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluit. se quod a nobis semel factum uel conscriptum et sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito. con stipulacione subnixa. manente ac cartula promixionis omni tempore firmum et stabile permaneat atque persistat. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascripto et Bonizo et Genoardo qui ac cartula promissionis fieri rogaui et suprascripto Launahint accepit et suprascripto Genoardo filio meo consensi ut supra.

Signum m. m. m. m. manibus Juuenale et Johannes et Genoardo atque Andrea lege uiuentes Romana testes.

† Johannes rogatus subscripsi.

Ego qui supra Winizo notarius scripsi et subscripsi compleui et dedit (1).

(1) « Pergamena autentica. Sul dorso si legge il seguente, di mano egualmente, come parmi, antica: *Testes Bofante et Johannes et Gotefredus et Inselberio et Adame. anni Domini millesimo viesimo quinto. mense Jenoarius. Indicione octaua. Cartula uindicionis quam fecit Bonizo filius quondam Petri a Genoardo filio quondam Johannis et Alxida iugalibus filia quondam Bernodi de pecia una de terra in loco et fundo Mortedo uiginti e quator perticas. a pedex Domni Leoprandi regis. coerit ei da una parte terra Marinus clericus. da alia parte terra tua qui supra Genoardo. da duabus partibus uia pubblica* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XCI.

Locazione di un terreno al Pradello in Bisagno, fatta da Eriberto abbate del monastero di santo Stefano a Gisolfo quel qm. Bonizone, a patto che debba piantarlo di viti e costrurvi una casa. Trascorso un decennio, metà del podere rimanga livellaria del detto Gisolfo o dei suoi eredi; l'altra metà rientri nel dominio del monastero medesimo.

1025, marzo

(Carte Genovesi, num. 131)

---

Hani ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi mileximo uigeximo quinto. mense marcius. Indicione octaua. Placuit adque bone uoluntatis conuenit inter Eribertus Abba monesterio Sancti Stefani nec non et inter Gisulfus filius quondam Bonizoni ut in Dei nomine debeant dare sicut et a presenti dedit ipse Eribertus Abba eidem Gisulfi uel ad suos Eredes oc est pecia una de terra libellaria Sancti Stefani quam abere uiso sum in loco et fundo Felectule. locus ubi dicitur Pradello. et est ipsa pecia de terra per mensura iusta in circuitum super totum perticas uiginti et quatuor. a perticas de pedes duodecim ad pedes Domni Liuprandi Rex. coerit ei da una parte terra Deona. de alia parte terra ipsius monesterio quod in mea reseruo potestatem. da tercia parte terra ipsius Gisulfi. da quarta parte terra de suprascripto Gisulfo. Infra iam dictas mensuras uel coerencias in integrum spondise suprascripto Gisulfo uel suos eredes suprascripta pecia de terra omnia ex integras pastenare de uinea et . . . mansione edificare. et de pasteno quod in ipsa terra fecerit usque ad decem a*nnis* expleti*s* . . . . exinde reddere debe*re* . . . . super unumquemque anno denario uno. et ad suprascriptis decem annis expletis quod suprascripta pecia de terra omnia ex integras pastenatas et mansio edificata simul predicto Gisulfo uel . . . suis eredibus per medium diuidere debemus et medietatem de suprascripto pasteno et uidelicet predicto Mauro (*sic*) uel suis eredibus aberet posidere debeant ad suo libellario nomine. reliqua uero medietas in suprascripta . . . . Eribertus Abba uel in suis sucesoribus potestatem permanead. et non abeant potestatem suprascripto Gisulfus nec suos eredes ipsas suas medietates ad alio ohmine (*sic*) uindere nec . . . . alienare nisi ad suprascripto Eribertus Abba uel ad suis sucesoribus si tale precium exinde eos dederit quale de alio ohmine quod iusticia abere potuerit. nec suprascripto Eribertus Abba nec suis sucessoribus non abeant potestatem ipsas sua medietatem ad alio homine dare ad tenendum uel medietatem redendum

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

nisi ad suprascripto Gisulfus uel ad suis eredibus si taliter seruicium exinde dederit quale de alio homine quod iusticia abere potuerit. pena uerum inter se posuerunt ut suprascripto Gisulfus uel suos eredes minime fecerunt ad pastenandum uel omnia adimplendum sicut superius legitur aut suprascripto Eribertus Abba uel suis sucessoribus ad suprascriptos decem annis expletis quod suprascripta pecia de terra omnia ex integrex pastenatas uel uinea et mansione etdificata similiter predictus Gisulfus uel cum suis eredibus per medium non diuiderint at medietatem exinde eox non dederint ad suox libellario nomine uel ab omni ohmine defensare non potuerint aut aliquas forcias uel superimpositas fecerint nisi sicut superius legitur. tunc compona pars parti fidem seruandi pena argentum denarios bonos soldos uiginti. quam uero cartulam conueniencie nostre Eribertus notarius tradidit et scribere rogauit. in qua subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum a monesterio Sancti Stefani feliciter.

† Eribertus Abas in ac cartula conueniencia a me facta subscripsi.

Signum m. manus suprascripto Gisulfus qui anc cartulam conueniencie fieri rogaui. et ei relecta est.

Signum m. m. m. m. m. manibus Jenoardi et Adame et Gotizoni et Dominiconi et Petroni rogatis testes.

Ego Eribertus notarius scripsi et subscripsi post tradita compleui et dedi (1).

(1) « Pergamena autentica, in cui sul dorso vi è la seguente nota, di mano (come parmi) egualmente antica, ma logora: *Testes Adame et item Adame et Oto et Rifinus et Pe . . . is Gisolfo filius quondam . . . . filia quondam . . . . aufersionis at monasterio Sancti Stefani de nostras porciones quod est medietas ipsa rex que in ista cartula legitur pro anime nostres mercede. Mileximo quadraieximo . . . . primo die mense december. indicione tercia decima. Oberto Judex.* Altra nota ivi, antica: *De Praello.* È in fondo *Staiani prope Bisane. Est illa planicies que est prope uineas nostras de Staiane* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XCII.

Donazione fatta da Officia del qm. Gottifredo al monastero di santo Stefano della metà di una terra sita nel luogo detto Auriolo.

1026, marzo.

(Pergamena dell' Arch. Gov., abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 134)

† In nomine Domini. hanni ab Incarnacione Domini nostri Jhesu Christi Millesimo uigesimo sesto. mense marcius. indicione nona. Monasterio Sancti Stefani christi martiri quod est constructum foris et prope ciuitate Janua. Ego Oficia filia quondam Gotefredi offertor et donator ipsius Monasterii. propterea disi quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta Octori in susidium Abatum uel Monachorum uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. Et ideo ego qui supra Oficia dono et aufero in eadem monesterio Sancti Stefani per anime mee mercedem et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. oc est mea porcione et diuisione quod est medietate de pecia una de terra cum area ubi estat cum uinea et ficas et oliuas seu alios arbores fructiferos et Cassina infra se abentem ex libellaria que posita est foris et prope Ciuitate Janua ubi Auriolo dicitur prope ipsius monasterii. Et est ipsa medie de suprascripta pecia de terra coerencias tam ab ipsa medietas quamque at alia simile item medie quam at superius totum da una parte terra de Eredes quondam Godoni. de alia parte terra de Eredes quondam Johanni Judex. da tercia parte Crosa. da quarta parte uia publica. siueque alii sunt coerentes. Infra suprascriptas coerencias omnia suprascripta mea porcione quod est medietate in integrum. unde relinqua que at simile item medietatem qui pertinet Teuderade germane mee. que autem suprascripta medie de suprascripta pecia de terra cum area ubi estat supradicta una cum accessione et ingresso seu superioribus et inferioribus suis et qualiter superius decernitur in integrum ab ac die in eodem Monasterio Sancti Stefani dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. faciendum exinde a presenti die in susidium Abatum uel monachorum usu et sumptu quicquit uoluerit pro anime mee mercede. eo tamen ordine si etuenerit Pontifex aut Abbas seu qualibet Potestas que suprascripta pecia de terra de prefacto Monasterio tuleritis. tunc

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

statim deueniat suprascripta pecia de terra in potestate propinquioribus parentibus meis qui supra Oficia qui at illum die propinquior apparuerit. quamdiu uenerit illa Potestas que suprascripta pecia de terra in suprascripto monasterio reuerterit tunc facias exinde Abbas uel Monachos illos qui pro tempore in eodem monasterio ordinati fuerint et cotidie Deo deseruierint in susidium usu et suntu quicquit uoluerit sine omni mea uel eredum meorum contradicione. quidem espondeo adque promitto me ego qui supra Oficia una cum meos Eredes at parte ipsius monesterii de medietate de suprascripta pecia de terra qualiter superius legitur in integrum aiere aut causare quesierimus uel ab omni omine defensare non potuerimus preter de Ecclesia cuius est proprietas. tunc spondeo me ego qui supra Oficia una cum meos eredes componere at parte ipsius monasterii pena dubla suprascripta pecia de terra sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub stimacione in consimile loco. quam uero cartam offersionis mee paginam Marinus Notarius tradidit et scribere rogauit. in qua subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum. m. manus suprascripta Officia qui ac carta offersionis pro anime sue mercedis fieri rogauit ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Ingoni Vicecomes et Opizoni et Erizoni et Teuderus adque Bellardi rogatis testes.

† Amelio rogatus subscripsi.

† Ego qui supra Marinus notarius scriptor huius cartule offersionis post tradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO XCIII.

Vidone del qm. Oberto Visconte, Dodone, Gandolfo e Benzo suoi figli vendono ad Eriberto abbate del prefato monastero un pastino sito nel Prato di San Martino.

1026, settembre

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 450)

---

(¹) Sul dorso, di mano antica: *De Ortolo de Calignano*; il che equivarrebbe all'odierno *Portigliolo*. Ma veramente le parole *prope ipsius monasterii*, che leggonsi nell'atto, ci fanno accorti come si tratti invece della località la quale fu poscia appellata *Portoria*.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XCIV.

Donazione di una terra in San Siro Emiliano fatta da prete Andrea del qm. Paolone al monastero suddetto.

1027, gennaio

(Pergamena dell' Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 138)

---

Hanni ab Incarnacione Domini nostri Jhesu Christi mileximo uigeximo septimo. mense genoa*rius. indicione* decima. tibi Eribertus Abba Monesterio Sancti Stefani sito foris set prope ciuitate Janua. *ego Andrea* presbitero quondam Pauloni qui profeso sum ex nacione mea lege uiu*ere ro*mana. propterea dixi per ni . . . . . . . . ego qui supra Andrea presbitero uel meos eredes tibi qui supra Eribertus Abba uel *tuis* subcessoribus . . . . . . . . . . . at decem anni expleti ut debemus promitimus pastenare pecia una de terra iuris mones*terii sancti Stefani* que est posita in loco et fundo Sancto Siro Miliano. et est ipsa pecia de terra per mensura iusta super totum in circuito . . . . . . . perticas quadraginta. a perticas de pedex duodecim a pedes Domni Liuprandi Rex. coerit ei de una parte terra Cunrado. de alia parte terra ipsius monesterii. de tercia parte uia publica. de quarta parte fosato et uia. sibeque alii sunt coerentes. infra iam dictas mensuras et coerencias omnia in integrum spondimus nos qui supra Andrea presbitero uel meos Eredex tibi qui supra Eribertus Abba uel a tuis subcessoribus ian dicta pecia de t*erra pastena*re de uinea et de alios arborex fructiferos quale ipsa terra melior exportauerit . . . . . . . . et mansione super locum aedificare ubi oportunum fuerit. quod si ego qui supra Andrea presbitero uel meos *er*edex *tibi* qui supra Eribertus Abba uel a tuis subcessoribus infra predicto constituto non pastenauerimus et ec omnia non atinpleuerimus qualiter superius legitur. tunc spondimus nos qui supra Andrea presbitero uel meos eredex componere tibi qui supra Eribertus Abba uel *tuis* subcessoribus pena argentum denarios bonos papienses soldos centum. quidem et anc confirmandum promisionis cartam accepi ego qui supra Andrea Presbitero at te dicto Eribertus Abba exinde Launahilt pro uestimenta una ut ec mea promisio sicut superius legitur peremnis temporibus firma permaneat atque persistat. et nec mihi liceat ullo tempore nolle quod uoluit se quod a me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. Actum in predicto loco Monesterio feliciter.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

† Andrea presbitero in ac cartula promisionis a me facta subscripsi.

Signum m. m. m. m. m. manibus Johannes ac Vitale et item Johannes et Rozo seu Johannes omnes lege uiuentes romana testes.

Ego bernodus notarius scriptor uius cartule promisionis post tradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO XCV.

Berta o Beza figlia del qm. Aldano e moglie di Astolfo del qm. Giovanni fa donazione al ridetto monastero dei beni che possede nelle Valli di Polcevera e di Bisagno, compresa la parte che ha nella cappella di santa Margherita in Marassi.

1027, gennaio.

(Pergamena dell' Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 139)

† Hanni ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi mileximo uigeximo setimo. mense Genuarius. Indicione decima. Monesterio Sancti Stefani sito foris set prope ciuitate Janua. Ego berta qui et beza filia quondam Aldani et conius Astulfi filii quondam Johanni. qui profesa sum ex nacione mea lege uiuere Romana. et ipso uiro meo michi consenciente et subter confirmante. ofertris et donatris ipsius monesterii. propterea dixi quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. et ideo ego qui supra berta donatris et ofertris ipsius monesterii dono et offero in susidium Abatum uel Monachorum et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. oc est mea porcione et diuixione de casis et omnibus rebus iuris mei quam abere uisa sum in ualle Pulcifera. in locas et fundas cupiole et in felecto. atque in ualle Vesano. locus ubi dicitur Marasi. ubi noncupatur Sancta Margarita. simul cum mea porcione de eadem capella in predicto loco eset constructa innonore (*sic*) sancte Margarite. oc sunt casis uineis ficetis castanetis roboretis canetis oliuettis uel aliis arboribus cum areis ubi estant. terris arabilis gerbis campis siluis et pascuis. omnia et ex omnibus suprascripta nostra porcione de ian dictis casis et omnibus rebus in integrum. que autem suprascriptis casis et omnibus rebus in easdem locas et fundas supradictis

(1) Sul dorso, di mano antica: *Cartula de Sancto Syro Milliano. De Strupa.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

una cum accessionibus et ingresoras carum cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur simul cum iam dicta nostra porcione de predicta capella in integrum ab ac die in eodem monesterio dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. faciendum exinde a presenti die in susidium Abatum uel Monachorum qui in eodem monesterio ordinati fuerint uel qui cotidie ibidem deo deseruierint usu et subtu quicquit uoluerint. eo uero ordine sic uenerit Pontifex aut Abbas uel qualibet Potestas que predictis omnibus rebus qualiter superius legitur de eodem monesterio tullerint aut pro scripcione in aliena persona emiserint. tunc statim ueniant predictis omnibus rebus in potestate de propinquioribus parentibus meis qui at illum die propinquior aparuerit. quandiu uenerit illa Potestas qui predictis omnibus rebus in eodem monesterio reuertat. et facias Abbas uel monachos illos de fruges et reditum seu censu que de ipsis casis et rebus et de predicta Capella esierit quiquit uoluerit sine omni mea et eredum meorum contradicione. quidem et spondeo atque promitto me ego qui supra berta una cum meos eredes a parte ipsius monesterii suprascripta nostra porcione de ian dictis casis et omnibus rebus et de eadem capella qualiter superius legitur et est compreensus in integrum uel ab omni homine defensare. quod sit defendere non potuerimus aut si a parte ipsius Monesterii exinde aliquit per couis ingenium subtraere quexierimus. tunc in dublum eadem offersio in eodem monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut ualuerit sub estimacione in consimilibus locis. et nec mihi liceat ullo tempore nolle quod uoluit. se quod a me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. Actum in loco Bergalli ubi Sancto Laurencio dicitur feliciter.

Signum m. manus suprascripta berta qui anc cartulam offersionis fieri rogaui. et ei relecta est.

Signum m. manus suprascripto Astulfo qui eidem conius sua ab omnia suprascripta consensi ut supra.

Signum m. m. m. m. manibus Dominicus et Rainardus et Martinus et Bernardus omnes lege uiuentes Romana testes.

† Silueradus Judex rogatus subscripsi.

† Bernodus Notarius scriptor uius cartule offersionis postradita compleui et dedi ([1]).

([1]) Sul dorso, di mano antica: *Cartula de terra Riparolii et Ecclesia sancte Margherite de Marasio.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XCVI.

Pietro del qm. Benedetto e Boniza, detta anche Gisla, donano all' anzidetto monastero la quarta parte di una terra nel Prato di San Martino.

1028, marzo

(Pergamena dell' Arch. Gov., loc. cit. ; Carte Genovesi, num. 149)

---

✠ In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Conradus gratia Dei Imperator Augustus. anno imperii *eius* Deo propicio in Italia primo. mense Marcius. Indicione undecima. Monasterio Sancti Stefani christi martir*is sito* foris set prope ciuitate Janua. nos Petrus quondam Benedicti et Boniza qui et Gisla Jugalibus filia quondam iani . . . . . . ni. qui profesi sumus ex nacione nostra lege uiuere Romana. et ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. offertor*es* et donatores ipso monesterio. propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta octori *uocem* in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uitam posidebit eterna. et nos qui supra iugalibus offertores et Donatores ipsius monasterii donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus. oc est mea porcione et deuixione quod est quarta pars de pecia una de terra cum in partes ficas et oliuas et alios arbores fructiferos infra se abente iuris nostris iugalibus quam abere uiso sum in Valle Vesano. locus ubi dicitur Prato Sancti Martini . *et est* ipsa quarta porcione quamque at alias similes tres porciones quamque ad super totum in circuito perticas sesaginta et pedes octo. a perticas de pedes duodecim a pedex Domni Liuprandi Rex. coerit ei ab ipsa quarta porcione quamque at al*as simi*lex tres porciones da una parte uia publica. de aliis tribus partibus terra ipsius Sancti Stefani. infra iam dictas mensuras et coerencias omnia suprascripta quarta porcione in integrum. que autem suprascripta quarta porcione de ian dicta pecia de terra iuris nostra supradicta una cum accesione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio Sancti Stefani donamus et offerimus. et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die Abas uel Monahos illos qui pro tempore in eodem Monesterio ordinati fuerint et cotidie ibidem Deo deseruierint usu et suntu quicquit uoluerint pro anime nostre mercede. co tinore ut si euenerit pontifex aut Abbas seu qualibet potestas que suprascriptis

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

rebus de prefacto monesterio et tullerint. tunc statim deueniant in potestate propinquioribus parentibus nostris qui at illum die propinquior aparuerit. quandiu uenerit illa Potestas que suprascriptis . . . . . rebus qualiter superius legitur in eodem monesterio reuerterint tunc faciant exinde Abbas uel Monahos illos qui pro tempore in eodem monasterio *ordinati* fuerint in susidium usu et suntum quicquit uoluerint pro anime nostre mercede sine omni nostra et eredum *nostrorum* contradicione. quidem et spondimus atque promitimus nos qui supra Jugalibus una cum nostris Eredibus a parte ipso monesterio . . . . . in integrum ab omni omine defensare. quod sit defendere non potuerimus aut si a parte ipsius monasterii per quouis ingenium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem offersio ut superius legitur a parte ipsius monasterii *resti*tuamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. anc *enim* offersionis me paginam bernodus notarius tradidit et scribere rogauimus. in qua subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum in predicto Monesterio feliciter.

Signum m. manus suprascripta Boniza qui anc cartulam offersionis fieri rogaui. et ei relecta est.

Signum m. m. m. m. manibus Martini et Bonoseniore et Sigizo et Pe*trus* omnes lege uiuentes romana testes.

Ego qui supra Bernodus Notarius scriptor uius cartule offersionis postradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO XCVII.

Locazione di beni siti nel luogo di Porciana, fatta dall'Abate di santo Stefano a Martino e consorti.

1028, agosto

( Carte Genovesi, num. 141 )

Cum Cum peto Defensoribus sacrosancte Januensis Ecclesie ubi preest Domnus Eribertus Abba Monasterio Sancti Stefani sito foris set prope

(¹) Sul dorso, di mano antica: *Cartula quom fecit Petrus de Lilia ad Sanctum Stephanum . . . . . Testes Eribertus Lambertus Agino Genoardus Bonizo Johannes. Ansaldus filius quondam Amelii fecit cartulam* aufersionis *a Sancti Stefani . . . . per apreciatum usque ad libras quindecim da denarios bonos papienses de . . . . . rebus de quantum habet in Bauelime . , . . . . . . . .*

*Testes Lanbertus Genoardus Agino Ansaldus Johannes e . . . . . .* Eribertus *. . . . . . . fecit* r *. . . . . ofersionis a Sancti Stefani de libras tres de denarios bonos . . . . .* de *quantum habet in Polanici de ab . . . tum et liberario.*



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

ciuitate Janua. uti nobis Martini una cum filiis meis masculinis et de legitima procreacione cum domino adiuuante . . . . . . et Alsenda cum filiis masculinis. et . . . . . mater et filiis per medie cum Martinus de ipsis rebus . . . . . . et terra colta semenadura modio uno. et Genoardus cum filiis masculinis et si unus ex nobis sine eredex mortuus fuerit unus alterius subcedat. titulo condicione locare iubeatis nobis petimus rebus coltis iuris Sancte Ecclesie Sancti Siri qui da parte Sancti Siri predicto monesterio Sancti Stefani concesa est libellum mire . . . et pensione scribendi que . . . . est in loco et fundo Porciana. omnia quecumque nobis qui supra Martinus et Genoardus tenemus da parte Sancti Stefani et antea tenuit Curadus germano ipso Martinus et at predicto monesterio drictum rendemus. et genoardus in ipso loco Porciana trasit de agro et colto omnia in integrum. spondimus in Dei nomine atque promitimus infrascripta rex meliorare atque excollere uel de uinea que nunc est plantata pro omni tempore uindemie rendere debemus sestario quarto. et de. . . ibidem seminauerimus de grano frumento uel de ordeo. uel de faue promitimus rendere sestario setimo. et omnia infrascripta blaua que supra legitur super locum dare promitimus a qualecumque ministeriale suprascripto Domnus Eribertus abba uel suosque subcessores in predicto loco emiserit at recipiendum. ita tamen ut inferamus uobis uel *su'*cessoribus uestris per unumquemque anno pullos duos et azimas duas. quod si minime fecerimus de quod superius repromitimus tunc liceat uos uel subcessoribus uestris infrascripta rex introire et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. unde sic placeat at peticio nostra et unc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis contradere iubeatis. et alterum simile uobis factum uel testibus roboratum uobis pro munimine Sancte Ecclesie uestre tradimus conseruandum. Facto petitorio mense agustus. Indicione undecima. Imperante Domno nostro Conradus in Italia anno secundo. Indicione suprascripta feliciter (1).

(1) « Pergamena di quella età, in cui mancano le soscrizioni, essendovi tuttavia lo spazio sufficiente per esse. La ritrovai fra le disperse, e la riposi nel plico 11 Q. Sul dorso vi è scritto, di mano antica: *De Porciano de Ripia, prope Planum Fucis* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XCVIII.

Amiza figlia del qm. Bernodo e moglie di Idone fa donazione al monastero di santo Stefano della terza parte di due pezze di terra site nel luogo appellato Maggiolo.

1029, maggio

(Pergamena dell'Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 142)

---

In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Cunradus gratia dei Imperator Augustus. anno imperii eius Deo propicio tercio. mense Madius. Indicione duodecima. Monasterio Sancti Stefani protomartiris quod est constructum foris et prope Ciuitate Janua. Ego Amiza filia quondam Bernodi et conius Idoni. et ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere Romana. offertor et donator ipso monesterio. propterea disi quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquis contullerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uitam posidebit aeternam. et ideo ego qui supra Amiza dono offero in eodem Monasterio Sancti Stefani pro anime mee mercede. oc est mea porcione et diuisione quod est tercia pars de pe*cia*s duas de terra cum areas ubi estant iuris mea proprietarie quas abere uisa sum in loco et fundo. qui et prima pecia de terra iaceat locus ubi dicitur Maleolo. qui detinet filius Thome qui cum deuotat at Monacho. et fines hic decernitur. da una parte terra Gisone Diaconus. de alia parte uia publica. da tercia parte fossato. Infra suprascriptas fines omnia suprascripta tercia porcione in integrum. Secunda pecia de terra iacet in suprascripto loco. qui et item coerit ei da una parte terra Sancti Stefani. de alia parte terra Serrinasca. da tercia parte uia publica. siueque alii sunt ab omnia coerentes. et est ipsa pecia de terra cum uinea super abentem recta per Bonizoni. Infra suprascriptas fines omnia suprascripta mea porcione quod est similiter tercia pars in integrum. una cum accessionibus et ingressoras earum seu superioribus et inferioribus earum rerum et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio Sancti Stefani dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. faciendum exinde a presenti die Abbas uel monachos illos qui pro tempore in eodem monasterio ordinatis fuerint et cotidie ibidem Deo deseruierint in susidium usu et suntu quiquit uoluerit pro

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

anime mee mercede. eo uero ordine ut si euenerit Pontifex aut Abbas seu qualibet Potestas que predictas pecias duas de terra de prefacto monesterio tullerint. tunc statim deueniant in potestatem propinquioribus parentibus meis qui at illum die propinquior apparuerit. quandiu uenerit illa potestas que predictas pecias duas de terra qualiter superius legitur in eodem monasterio reuerterit tunc faciant exinde Abas uel Monachos illos qui pro tempore in eodem monasterio ordinati sunt uel deinceps in antea ordinati esse debent. in susidium usu et sumptu quitquit uoluerit per anime mee mercedem. quidem espondeo adque promitto me ego qui supra Amiza una cum meos eredes a parte ipso monasterio de suprascripta tercia porcione de prefactas pecias duas de terra qualiter superius decernitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut a parte ipsius monesterii exinde aliquit per couis inienium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem ofersio a parte ipso monesterio restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. et nec mihi liceat ullo tempore nolle quod uolui set quod a me semel factum uel conscriptum est inuiolabiliter conseruare promitto cum stipulacione subnixa. anc enim cartulam offersionis paginam Marinus notarius tradidit et scribere rogauit. in quam supter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum Villa que noncupatur Murtedo feliciter.

Signum m. manus suprascripta Amiza qui anc cartulam offersionis fieri rogaui ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Erizoni et Johannes et Bonizoni et Bonofilio et Venerando leie uiuentes Romana testes.

† Ego qui supra Marinus Notarius scriptor huius cartule offersionis postradita compleui et dedi.

† Vido qui eidem conius mea consensi (1).

(1) Sul dorso, di mano sincrona: *Carta ofersionis quam fecit Amiza de Bernodo de terra in Quici.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO XCIX.

Giovanni diacono, figlio del qm. Alberto, fa donazione all'anzidetto monastero di una metà della parte che gli spetta di due terreni presso la città di Genova, avendo già donata l'altra metà alla chiesa di san Lorenzo. L'usufrutto però spetti a Devinza madre dello stesso Giovanni, sua vita durante.

1029, dicembre

(Pergamena dell'Arch. Gov., abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 143)

---

† In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. Conradus gratia Dei Imperator Augustus. anno imperii eius Deo propicio tercio. mense december. indicione tercia decima. Monesterio Sancti Stefani proto martiris quod est constructum foris et prope Ciuitate Janua. Ego Johannes Diaconus de Ordine Sancte Januense Ecclesie et filius quondam Alberti. qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere Romana. offertor et donator ipso monesterio. propterea disci quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta octoris uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uita posidebit eternam. et ideo ego qui supra Johannes Diaconus offertor et donator ipsius monesterii dono cedo trado confero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum sicut subter legitur confirmo. idest medietate de mea porcione et diuixione de pecies dues de terra cum areis ubi estant cum mansione et uinea et oliuas et ficetis et alios arbores fructiferos super se abente que mihi qui supra Johannes Diaconus opuenit pro scriptum uel suppcessione de parte predicto quondam Alberti qui fuit genitor meus et Deuinza iugalibus genitrix mea iuris mei. quam abere uiso sum foris et prope ciuitate Janua. locus ubi dicitur Cadaplauma. coerit ei a prima pecia de uites cum mansione super se abente tam et ipsa medietas de mea porcione quam at reliquia simile medietas qui datam abeo at Ecclesia Sancti Laurenti et ad reliquia simile medietas de omnia quantum fuit iuris de suprascriptis iugalibus qui pertinet at Eredes quondam Anselmus germano meo da una parte terra de eredes quondam Oppizo et Erizo germanis. de alia parte terra de predicto monesterio. da tercia parte terra de eredes predictus Opizo et terra Sancti Ambroxius et terra de Eredes quondam Teutefredus Judex et de suis consortibus. da quarta parte uias et terra de eredex quondam Miexi et suis consortibus. coerit ei at secunda pecia de uites quod est ibi prope tam at ipsa medietate de mea porcione quam a reliquia simile medietas qui data abeo at predicta Ecclesia et at reliquia simile medietas at superius totum . . . que

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

pertinet at Eredes de suprascripto quondam Anselmi sicut superius legitur. da una parte terra de Eredes quondam Opizoni et Erizo. da alia parte fosato qui dicitur Riotacito. da tercia parte Sancto Stefano. da quarta parte uia publica. sibique alii sunt ab omnia coerentes. Infra iam dictas coerencias medietate de mea porcione de omnia quantum fuit iuris suprascriptis iugalibus in integrum. qui autem suprascripta de mea porcione medie de ian dictas duas pecias de uites in eodem loco et fundo Cadaplauma iuris mei supradictis una cum accessionibus et ingressoras earum seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur et decernitur et sunt compreense in integrum ab ac die in eodem monesterio Sancti Stefani ian dicta medie de mea porcione de predicte omnes pecies de terra dono et offero et per presentem cartulam offersionis sicut superius legitur ibidem abendum confirmo. eo uero ordine dum suprascripta Deuinza geuitrix mea in oc seculo fuerit uita omnia in sua sit potestatem usufructuario nomine. post autem eidem Deuinza decessum faciendum exinde Abbas uel monachis qui ibidem sunt et ic in antea ordinati esse debent in sumtum et susidium monachorum at eorum usu et sumtu quicquit uoluerint pro anima mea mercedem. eo uero ordine ut subtus declaratum est. ut si unquam in tempore uenerit Pontifex aut Abbas uel aliqua Potestas que de ian dicta mea offersio at eodem monesterio aliqua minuacio aut subtracio facere uoluerint. tunc per anc offersionis cartulam confirmo ut ueniant suprascriptis casis et rebus in potestate de propinquioribus parentibus meis qui tunc apparuerint. et tandiu in eorum rex ipsas persistat at fruendum quod usque uenerit potestate qui ian dicta mea offersio at eodem monesterio reuocare faciat. et faciant exinde abbas uel monachis qui ibidem Deo deseruierint at eorum usu et sumtu in sumtum et sussidium monachorum pro anime mee mercede fruges et reditum seu censum quiquit uoluerint a presenti die per remedium anime mee et pro onore Diaconii mei. et nec mihi liceat ullo tempore nolle quod uoluit. se quod a me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promicto con stipulacione subnixa. anc enim cartulam offersionis mee Bernardus Notarius tradidit et scribere rogauit. in qua subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripto Johanni Diaconus qui anc cartulam offersionis fieri rogaui. et per nimiam firmitatem manus sua scribere non uoluit.

Signum m. m. m. m. m. manibus Bonizoni et item Bonizoni atque Stefanus et Johanni item Johanni lege uiuentes Romana testes.

Ego qui supra Bernardus Notarius scriptor uius cartule offersionis post tradita compleui et dedi.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO C.

Libello enfiteutico di due porzioni di una vigna, e di un canneto in Campolungo, consentito da Eriberto abbate di santo Stefano a Genoardo del qm. Giovanni.

1030, marzo

(Pergamena dell'Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 144)

---

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri ihesu christi. Cunradus gratia Dei Imperator Augustus. anno imperii eius Deo propicio tercio. mense marcius. indicione terciadecima. Placuit atque conuenit inter Eribertus Abas monesterio Sancti Stefani quod est constructum foris set prope Ciuitate Janua nec non et inter Jenoardus filius quondam Johanni. ut in Dei nomine debeat dare sicuti a presenti dedit suprascripto Eribertus Abbas eidem Jeonardus uel at suos eredes. hoc sunt duas porciones de pecia una de uites atque ex integra pecia una cum caneto iusta caput . . . . . . . . . . . . at laborandum et detinendum at medie redendum iuris eidem monesterio. qui poxite sunt in Valle Vesano in loco et fundo Campolongo. coerit a suprascriptes dues porciones de predicta pecie de uites et a predicte pecie de caneto da una parte terra Jenoardi. de alia parte fluuio Vesano. de tercia parte terra Canonica Sancti Laurentii et ipso monesterio quod est tercia porcione. da quarta parte terre de eredes quondam Opizoni filius quondam lentocordi. sibique alii sunt coerentes. Infra iam dictas coerencias una cum acessione et ingressoras earum in integrum. ea racione uti amodo ipse Jenoardus et suos eredes suprascriptes dues porciones de predicta pecia de uites et predicta pecia de caneto qualiter superius legitur in integrum abere et detinere debent et laborare. ita ut pro ipse Jenoardus uel suos Eredes meliorentur nam non pegiorentur. et persoluere exinde debent singolis annis tempore uindemie de musto mundo atque ficas seu de canas que Dominus dederit secundum usu et consuetudine uius terre et pro omni anno pulos duos et azimas duas optime. data ipsa medietate ic super locum et predicti pulos et azimas at eodem monesterio eidem Eribertus Abbas suique subcessores at suorum Misi pro se ipse Jenoardus suique Eredes aut sui misi date et consignate ec omnia qualiter superius legitur in integrum. alia super impoxita eis non fiant. pena uero inter se posuerunt ut si suprascripto Jenoardus uel suos eredes minime fecerint at laborandum aut pro anue redendum uel ec omnia atinplendum sicut superius legitur aut suprascripto Eribertus Abbas suique subces-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

sores aliqua forcia uel super inpoxita fuerit uel ab omni homine in octoritate non steterint. et ille qui non atinpleuerint sicut superius legitur cumponant pars parti pena argentum Denarios bonos soldos centum. quam uero cartulam conueniencie nostre ambas partes Bernardus notarius scribendum rogauimus. Actum suprascripto loco Sancto Stefano feliciter.

Signum m. manus suprascripto Jeonardus qui anc cartulam cônueniencie fieri rogaui ut supra.

Signum m. m. m. m. manibus Teudice et Andrei seu Miloni et Johanni Dominicus testes.

Ego qui supra Bernardus notarius scripsi et subscripsi. post tradita compleui et dedi (1).

## DOCUMENTO CI.

Gandolfo Visconte del qm. Guglielmo ed Officia del qm. Guaraco, giugali, nonchè Matrona del qm. Alberico e vedova di Idone, donano al monastero di san Siro di Genova i beni che possedono nel luogo di Casamavari in Bisagno.

1030, marzo

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 486)

## DOCUMENTO CII.

Toderada del qm. Erizone giudice, Guido e Oddone figli di detta Toderada e del qm. Cunizone, fanno donazione al monastero di santo Stefano di un campo sito nel Prato di San Martino.

1031, marzo

(Carte Genovesi, num. 146)

† In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Cunrado gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio quarto. mense marcius. indicione quartadecima. Monasterio Sancti Stefani protomartire sito foris et prope Ciuitate Janua ubi preest Domnus Aribertus Abas. nos Toderada filia quondam Erizoni Judex et conius Cunizoni et Vuido et Oddo Jermanis filii predicti Cunizoni et eidem Toderade. qui profesi sumus nos ex nacione nostra leie uiuere romana. ipso namque uiro et Jenitor nostro nobis consencientem ut subter con-

(1) Sul dorso, di mano antica: *De Braida.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

firmantem. offertores et donatores eidem monesterio. propterea diximus quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus iusta octori uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uita posidebit eterna. et ideo nos. qui supra mater et filii offertores et donatores eidem monasterio donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis a presenti die proprietario nomine abendum confirmamus. idest pecia una de campo iuris nostris qui supra mater et filii quam abere uisi sumus prope eidem monesterio et ubi ante os die nominatum fui a Pratum Sancti Martini et iusta terra eidem monasterio. est ipsa pecia de campo per mensura iusta in circuitum super totum perticas quadraginta et sex. a perticas de pedes duodecim a pedes Domni Liuprandi Rex. una cum acesione et ingreso seu superioribus et inferioribus suis et qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eadem monasterio donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis proprietario nomine at eidem monasterio abendum confirmamus. faciendum exinde predicto Abate uel tuos subcessores a parte predicto monasterio a presenti die proprietario nomine quiquit uolueritis sine omni nostra qui supra mater et filii uel Eredum nostrorum contradicione. quidem espondimus atque promitimus nos qui supra mater et filii una cum nostris Eredibus pars ipsius monasterio aut cui Abates de eidem monasterio dederint uel conceserint suprascripto pecio de campo qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si at iam dicto monasterio per couis ingenium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem offersio at eidem monasterio restituamus sicut pro tempore fuerit meliorato aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. sed quod a nobis semel factum uel conscriptum et sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnixa. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripta Toderada qui ac cartula offersionis fieri rogaui.

Cunradus qui eorum uxor et filii mei consensi.

† Ego Vuido in ac cartula offersionis a me facta subscripsi.

† Oddo in ac cartula offersionis subscripsi.

Signum m. m. m. m. m. m. manibus Oglerio et Martinus atque Martinus atque Johannes seu Landulfo atque Bruningo leie uiuentes Romana testes.

† Ego Amelius notarius scriptor huius cartule offersionis post tradita compleui et dedi (1).

(1) « Pergamena autentica, segnata sul dorso, di mano antica: *De Bratda* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CIII.

Concessione enfiteutica di una vigna al Pradello in Bisagno, fatta da Eriberto abate di santo Stefano a Giovanni del qm. Alberto e Richiza giugali.

1031, marzo

( Pergamena dell' Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 147 )

---

Cum Cum peto defensoribus sacrosancte Januensis Ecclesie ubi preest Domnus Aribertus Abbas monasterio Sancti Stephani protomartiris sito foris set prope ciuitate Janua. Vti nobis Johannes filius quondam Alberti et Richiza Jugalibus una cum filiis filiasue. et si unus ex nobis sine herede mortuus fuerit unus alterius succedant. Titulo conditionis locare ac prestare iubeatis. petimus uinea et rebus Sancti Stefani iusta fluuio Vesano. locus ubi dicitur Pradello. coerit tam ad ipsa uinea et rebus quamque ad alie portiones. da tribus partibus terra predicto monesterio. da quarta parte terra Canonica Sancti Laurentii. Infra iam dictas coerencias quarta porcione. et medietatem de alia reliquia simile quarta porcione. preter anteposito Insula ubi molendini et aqueductile et tabula una de terra nostra suprascripta porcione quod est quarta parte et medietate de alia quarta porcione que est infra suprascriptas coherentias in integrum. ita tamen ut inferamus uobis uel successoribus uestris pensionem per unumquemque annum denarium. I. Spondimus in Dei nomine atque promittimus suprascriptas res meliorare et pensionem Ecclesie uestre per unumquemque annum inferre. quod si minime fecerimus de quo superius repromittimus tunc licead uos uel successoribus uestris in suprascriptas res introire aut cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post obitum nostrum uel filiis nostris in ius et dominium Sancte Ecclesie uestre reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum suprascriptum et manibus uestris firmatum et alium simile a nobis factum uobis pro munimine Sancte Ecclesie uestre tradidimus conseruandum. Facto petitorio mense marcius. Indicione XIIII. regnante Domno nostro Chonradus anno quarto. Indicione suprascripta feliciter.

† Eribertus abbas in hoc libello subscripsi (1).

(1) Sul dorso, di mano antica: *De Staiano ubi dicitur Praclo. Credo quod sit illa planicies que est in pede uinearum nostrarum de Staiano et prope flumen Bisanis ubi dicebatur Praclo.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CIV.

Giovanni del qm. Maurone ed Ingelberga od Erica sua moglie fanno donazione al detto monastero di una terra sita nel Prato di San Martino.

1031, dicembre

(Pergamena dell'Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 149)

---

In nomine domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Conradus gratia Dei Imperator Augustus. anno imperii eius deo propicio quinto. mense december. Indicione quintadecima. Monesterio Sancti Stefani Protomartiris sito foris Ciuitate Janua. nos Johannes filius quondam Mauroni et Ingelberga qui Erica Jugalibus filia quondam Ribaldi qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere Romana. ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. aufertor et donator ipsius monasterio. propterea dixi quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquis contullerit rebus iuxta octoris uocem in oc seculo centuplum accipiat. insuper quod melius est uita posidebit eterna. et ideo nos qui supra iugalibus donamus et auferimus et per presentem cartulam aufersionis in eodem monesterio pro anime nostre mercede a presenti die abendum confirmo. hoc est pecia una de terra uacua cum area ubi estat iuris nostra. quam abere uiso sum in loco et fundo sancto Martino. loco *ubi dicitur* prato. et est pecia de terra per mensura iusta in circuitu super totum perticas uiginti . . . . . . . . . . . perticas de pedex duodecim a pedex Domni Liuprandi Rex. coerit ei da una una parte . . . . . . miloni. da tres partes terra sancti stefani. Infra ian dictas mensura et coerencias onia *in integrum* que auten suprascripta pecia de terra cum area supradicta una cum accesione et ingreso suo seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio sancti stefani donamus et auferimus ian dicta pecia de terra ut supra legitur. ita ut faciant Abas uel monagos qui ibidem sunt et de ic in antea ordinati ese debent in suntu et susidium monagorum . . . . . . . pro anime nostre mercede. et si unquam in tempore uenerit pontifex aut abas seu aliqua potestas que ian dicta pecia de terra at eodem monesterio minuere uoluerint. tunc ueniat in potestate nostra aut de propinquis parentibus nostris qui at illum diem propinquior aparuerit a frugendum. dum uenerit pontifex aut abas seu aliqua potestas que at ipso monesterio reuocare faciant. et faciant abas uel monagos qui ibidem ordinati ese debent in suntu et susidio monagorum

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

quiquit uoluerint at eorum usu et suntu pro anime nostre mercede sine omni mea et eredum meorum contradicione. quidem espondimus atque promitimus nos qui supra iugalibus una cum nostris credibus a parte ipsius monesterio suprascripta mea aufersio qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. qui sic defendere non potuerimus aut si nobis exinde aliquit per couis ingenium subtraere quesierimus. tunc in dublum eadem aufersio ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec nobis iugalibus liceat ullo tempore nolle quod uoluit. se quod a nobis semel factum uel conscriptum (*est*) sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione subnixa. ac enim cartula aufersionis paginam Vuinizo notarius tradidit et scribere rogaui. In qua subter confirmans testibusque obtulit roborandum. Actum in suprascripto loco Sancti . . . . . . feliciter.

*Signum m. m. manibus* Johanni et Ingelberga iugalibus qui ac cartula aufersionis fieri rogauerunt. et suprascripta conius mea consensi ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Bonaudus et Dominicus et Johanni seu Petri atque Renardo lege uiuentes romana testes.

Ego qui supra Vuinizo notarius scriptor uius cartule aufersionis post tradita compleui et dedi.

---

## DOCUMENTO CV.

Cristina figlia del qm. Giovanni e moglie di Pietro dona al monastero suddetto una piccola pezza di terra presso la città di Genova nella Valle del Bisagno.

1032, aprile

(Pergamena dell'Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 150)

✝ In nomine Domini Dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. Cunrado gratia Dei Imperator Augustus. anno Imperii eius Deo propicio sesto. mense aprilis. indicione quinta decima. Monasterio Sancti Stefani protomartire sito foris et prope ciuitate Janua. ubi preest domnus Aribertus Abbas. Ego Cristina filia quondam Johanni et usxor Petri. qui profeso sum ex nacione mea leie. uiuere Romana. et ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. offertor et donator eidem monesterio. propterea disi quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contullerit rebus. iusta octori uocem in hoc seculo centuplum accipiad. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. et ideo ego qui supra Cristina offertrice et donatrice eidem monesterio dono cedo trado con-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

fero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendo confirmo. idest peciola una de terra colta iuris mea quam abere uisa sum foris et prope Ciuitate Janua in Valle Vesano. et est ipsa peciola una de terra pro mensura iusta tabulas legitimas nouem et dimidia. coerit ei da duabus partibus terra eidem monesterio. de tercia parte terra Wilielmi et Richizoni. de quarta parte terra predicto monesterio. sibeque aliis sunt coerentes. una cum accessione et ingresso seu superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum. ab ac die in eadem monasterio dono et offero et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmo. faciendum exinde a presenti die eidem monasterio quiquit uoluerit sine omni mea et eredum meorum contradicione. quidem exspondeo que promitto me ego qui supra Cristina una cum meos eredes ad eidem monasterio aut cui ipso monasterio dederit suprascripta peciola una de terra qualiter superius legitur in integrum ab omni homine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquit pro couis ingenium subtraere quexierimus. tunc in dublum eadem offersio ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacione in consimile loco. et nec mihi licead ullo tempore nolle quod uolui. se quod a me semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitto con stipulacione subnixa. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripta Cristina qui anc cartulam offersionis fieri rogaui.

Signum m. manus suprascripto Petrus qui eidem usxor sua ab omnia suprascripta consensi ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Amicus et Rufino seu Martinus et Johannes et item Johannes leie uiuentes Romana testes.

† Ego Johannes notarius et Judex scriptor uius cartule offersionis postradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO CVI.

Alberto marchese figlio del qm. Alberto, pure marchese, fa dono al monastero predetto di una terra posta nella Villa di Carasco, e di un campo sito fuori della Villa stessa, nel luogo nominato Prato di Larino.

1033, gennaio

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 501; Atti della Società, vol. I, p. 221)

(1) Sul dorso: *Cartula de Pedro Ferro S. Martini. De Braida.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CVII.

Adalberto marchese e Adelaide giugali fondano il monastero di Castiglione nella Diocesi di Borgo San Donnino; e gli assegnano, fra gli altri beni: *decimam portionem de . . . casis et castris, seu rebus omnibus iuris nostris, quas habere uisi sumus . . . infra Ciuitatem . . . Januensis . . . . in locas effundas Gavi, . . . anteposito quinque castris constructas in locas et fondas Castellario que est in loco Gaui*, etc. . . . . *Similiterque donamus et offerimus omnem decimam nostre proprieta is infra Comitatibus Januensis . . . . in locis et fundis Quinto, Rapallo, Lauagna, Sigestro, Monelia, Carrodano.*

1033, 10 giugno

(Ved. Muratori, Antich. Estensi, par. I, cap. XII, p. 98)

---

## DOCUMENTO CVIII.

Saxo del qm. Giovanni ed Ofrasia o Bellesenda giugali promettono ad Alberto del qm. Bruningo di non disturbarlo nel godimento di una terra livellaria sita nel Borgo nuovo sulla piazza di san Siro di Genova.

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 507)

---

## DOCUMENTO CIX.

Livello di una terra di proprietà della chiesa di santa Sabina, sita presso il Campo di san Marcellino, consentito ad Oberto da Ansaldo abbate del monastero di san Siro.

1036, gennaio

(Pergamena dell' Arch Gov., abbazia di s. Siro, mazzo I;
Carte Genovesi, num. 42)

---

Cum Cum peto Defensoribus Monasterii Sancti Syli ubi preest Domnus Ansaldus Abbas ipsius Monasterii. Vti nobis Obberto titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus peciam de tera iuris Ecclesie uestre Sancte Sauine que est sita prope campum Sancti Marcellini. et est ipsa pecia de terra mensura iusta in longitudine pedes treginta. in latitudine uero pedes sedecim. a pedes Domni Leoprandi Regis. cui coheret in uno latere

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

tera germani mei Amelii et Columbae. in alio latere uinea ipsius Ecclesie. in tercio latere terra si . . . . . . ipsius Ecclesie. in quarto latere uia publica. Infra istos fines et coherentias omnia supradicta petimus in integrum cum ingressu et exito suo et distillatione in circuito. et habeamus licentiam uendere eam et donare cui uoluero sine omni uestra et successorum uestrorum contradicione. ita tamen ut inferamus uobis aut successoribus uestris aut uestro misso per nos aut per nostrum missum per unumquenque annum pensionem denarium. I. Spondimus in Dei nomine suprascriptam pensionem uobis uel successoribus uestris per unumquenque annum inferre. quod si minime fecerimus de quo supra promitimus. tunc liceat uobis in suprascriptam terram introire et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Post autem obitum nostrum et heredum nostrorum in ius et dominium Sancte Ecclesie reuertatur cuius est proprietas. Vnde sic placet hec peticio nostra et hunc libellum scriptum et manus uestra firmatum nobis tradere iubeatis. et alium similem ac nobis factum uobis pro munimine Sancte Ecclesie tradidimus conseruandum. Facto petitorio mense Januario. indicione V. Imperante Domno nostro Chonrado in Italia anno nono. indicione suprascripta feliciter.

† Ansaldus Abbas in hoc libello subscripsi.

---

## DOCUMENTO CX.

Corrado vescovo di Genova conferma al monastero di san Siro il possesso della cella e chiesa dei santi Vittore e Sabina, e dei beni alla medesima pertinenti.

1036, 30 novembre

(Carte Genovesi, num. 157)

—

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Conradus per misericordiam Dei Sancte Januensis Ecclesie humilis Episcopus dilectissimo fideli nostro Ansaldo Abbati quem nostro aduentu Patrem et Pastorem inuenimus. Consueta est pietas ut ea quem suis uidentur largire subiectis non permittant suam firmitatem uiolari. ideoque petiit nobis tua fidelitas seu considerante nos tuum seruitium quod tu tuisque subiecti monachi tam presentes quam futuri in monasterium sanctum ac uenerabile Beatissimi Confessoris et Episcopi Syri Januensis constituti

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

impendere uisi estis. Primum concedimus Sancto Siro tibique Ansaldo Abbati et tuis subiectis monachis atque per hanc nostram decreti paginam in sumptum et subsidium uestrorum ad aumentum Religionis uestre. ac pro necessitate loci illius abendum confirmamus pro anima Domini Imperatoris ac nostre et successorum nostrorum mercede. atque per hanc nostram firmatoriam atque decreti paginam. Cellam atque Ecclesiam cum omnibus edificiis ac pertinentiis sibi concessis. que fundata est prope prefato monasterio Sancti Siri in honorem Beati Victoris et Sabine Virginis super ripam maris. cum omni sua integritate atque pertinentiis. et non solum uobis et successoribus uestris in subiectione ipsius Monasterii Sancti Syli libere concedimus. sed et uincam cum terra sua. et terram optabilem que est in circuitu ipsius Ecclesie Sancte Sauine per fines et coherencias designatas. nempe. ab uno latere flumen quod currit prope Ecclesiam Sancti Pancratii. ab alio latere alterum flumen quod currit prope Ecclesiam Sancte Sauine. a tertio latere littus maris. a quarto latere uinea quondam Godonis cum casis et massariciis et omnibus rebus iuris ipsius Ecclesie pertinentibus. adeo quod ipsi . . . . . . . . . . . . . . uidetur tam intus quamque foris territorio atque iuris tan qui nunc abet quam que in antea Deo adiuuante acquirere potuerit qualicumque modo. omnia ut supra diximus in sumptum et subsidium uestrum uestrorumque successorum habendum in integrum sine omni nostra et successorum nostrorum contradicione. ita ut nullo umquam tempore tam nostro quam successorum nostrorum te supra nominatum Ansaldum Abbatem tuosque successores de predicta Cella cum omni sua integritate atque pertinentiis habeamus licentiam molestare. sed omni tempore in uos firme et stabiles permaneant inconuulse. firmo ordine ut de medietate rebus ipsius Ecclesie habeas nostram licentiam libellare secundum usum ipsius terre. et annuatim in die Sancte Pasche et Natalis Domini tu tuique successores persoluatis per uestros missos modiolos tres pocionis et totidem candelas. Quam ergo nostram decreti paginam Berardo nostro clerico scribere precepimus. in qua et nos pro ampliori firmitate manu nostra firmauimus.

Facta est hec nostra cessio anno Dominice Incarnationis M.XXX.VI. Regni uero domini Conradi Imperatoris et filii eius anno X. pridie kalendas decembris. indicione IV.

Actum in Ciuitate Januensi feliciter.

† Conradus Episcopus in hoc decreto subscripsi.

Ego Thomas de Sancto Laurentio Notarius hoc exemplum extraxi et exemplaui ex authentico instrumento subscripto manu Conradi episcopi de mandato Domini Gulielmi de Montecello Consulis Janue de Justitia

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

deuersus Burgum . . . . . . . quod mandatum mihi fecit in anno currente MCCLXV. indicione . . . . die XIIII februarii. inter nonam et uesperas. Testes. Obertus Paxius Judex. Henricus de Braia Notarius. et Henricus Dandella notarius. Predicta ad postulacionem Domini Mathei Abbatis Sancti Syri Janue.

## DOCUMENTO CXI.

Livello della metà di una terra vignata in Carignano, consentito da Litefredo abbate di santo Stefano a Mainardo del qm. Mainardo.

1037; 7 febbraio

(Carte Genovesi, num. 158)

---

† In Christi nomine. Placuit adque conuenit inter Domnus Litefredus Abbas monesterio Sancti Stefani protomartiris. quod est constructum sito prope ciuitate Janua nec non et inter Mainardus filius quondam item Mainardi. ut in Dei nomine debeant dare sicuti a presenti dedit suprascripto Domnus Litefredus Abbas eidem Mainardus uel at suos eredes. hoc est medietate de pecia una de uites at laborandum et detinendum at medie redendo iuris eidem monasterio. qui posita est in loco et fundo Caliniano. coerit ei ab ipsa medietate de predicta pecia de terra cum predicta uinea super se. da una parte simile medietas qui detinet Giraldus Masimino. da alia parte uia puplica. da tercia parte uia et terra Alberti. da quarta parte terra de eredes quondam Gezoni. sibique alii sunt coerentes. Infra ian dictas coerentias suprascripta medie in integrum. ea racione uti amodo ipse Mainardus et suos eredes suprascripta pecia de uites quod est medietate una cum accessione et ingresso suo in integrum abere et detinere debent et laborare atque scolere. ita ut pro eis meliorentur . . . . . . . non pegiorentur. et usque at annos duos exspleti nihilt (*sic*) exinde redere debent. nixi per unumquemque anno pulos duos optimi. et da iandicti annos duos exspleti in antea redere debent singulis annis tempore uindemie musto mundo et auliua medietate secundum usu et consuetudine uius terre. pro se ipse Mainardus uel suos eredes aut suo misso eidem Domnus Litefredus Abbas uel *su*bcessores aut suorum mis*so* data et consignata ipsa medietate ic super locum. et . . . . . . . pulos eodem monasterio consignati. alia super inpoxita eis non fiant. pena uero inter se posuerunt ut si suprascripto Mainardus uel suos eredes minime fecerint at laborandum aut . . . . .



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

redendum. uel ec omnia atimplendum sicut superius legitur. aut si suprascripto Domnus Litefredus . . . . . . . . . subcessores forcia uel super inpoxita fecerint. uel ab omni homine in octoritate non steterint ad defensandum. et ille qui non atimpleuerit sicut superius legitur componant pars parti pena argentum denarios bonos papienses soldos quinquaginta. Imperante Domno nostro Cunradus. Deo propicio (*anno*) decimo. setimo die mense februarius. Indicione quinta. Actum suprascripto masterio (*sic*) feliciter.

† Litefredus Abbas in hoc libello conuenientia a me facta subscripsi.

Signum m. manus suprascripto Mainardus qui anc cartulam conueniencia fieri rogaui. et eique relecta est.

Signum m. m. m. m. m. manibus Johannes et Andrea et Causerame et Petrus et Vitali rogati testes.

Ego Bernardus Notarius scriptor uius libellum conueniencia post tradita compleui et dedi (1).

## DOCUMENTO CXII.

Placito tenuto in Genova da Alberto marchese, al cospetto di Oberto Visconte e d'altri personaggi; con cui, ad istanza di Ansaldo abbate del monastero di san Siro assistito da Dodone suo avvocato, riconosce ed afferma la verità della donazione di beni fatta da Lamberto ed Oza al monastero medesimo (2).

1039, 8 dicembre

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 527)

## DOCUMENTO CXIII.

Martino del qm. Buonfiglio dà in pegno ad Alberto del qm. Bruningo varii beni posti nel Comitato di Genova (3).

1040, febbraio

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 350)

(1) « Scrittura autentica in pergamena. Piego III; Cantera num. VI » (Poch).

(2) Ved. Docum. LXXXVI, a pag. 121.

(3) Questo documento reca le note cronologiche: *regnante domino nostro enricus anno primo. mense februarius. indictione octaua.* Ma il ch. Datta, cui se ne deve la pubblicazione, avverte che « il carattere e le formole dell'atto ci indussero

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CXIV.

Breve di promissione fatta dal detto Martino di non vendere i beni di cui sopra ad altri che ad Alberto precitato.

1040, febbraio

(Carte Genovesi, num. 162)

---

In Dei nomine. Breue securitatis et firmitatis ad memoria retinendum seu et sponsionis quod facio ego Martinus filius quondam Bonfilio ad tibi Albertus filius quondam Brunengi de casis et omnibus rebus meis proprietareis et libellareis quibus sum positis in Comitatum Januensis in locas et fundas Cisino. et in lo casale in plungi. et in Bonaria. in solariolo. in cauana et in campo zuconi. in sorte de funtana. in mugnanegasco. et in preta streta. in la fontana. in campo de Porcile. in Palazese. in cagensasco. in Vederaria. in factori. in Incisa. et per aliis ceteris locis unde in . . . . . in antea. et non abeo licencia nec potestate ego qui supra Martinus me meos eredes de suprascriptis casis et omnibus rebus qui ego in pigno tibi qui supra Adalbertus in te misi per carta uindicionis sub dubla defensione ad aliomino (*sic*) uindere nec impignare ne inalinenare nisi tibi qui supra Adalbertus uel ad eredibus tuis si mihi qui supra Martinus uel ad eredibus tuis tale precium dederitis quale ipsis rebus ualuerint sub estimacione bonorum ominum. et si forsitan ego qui supra Martinus uel meos eredes distullerimus aut implendum deliconiam (?) sicut supra legitur. tunc spondeo me ego qui supra Martinus uel meos eredes componere tibi qui supra Adalbertus tuisque eredibus in argentum Denareos bonos Papienses libras decem et suprascripta res in dublo. Factum est oc regnante donno nostro Ericus anno primo. mense februarius. Indicione octaua. Actum in suprascripto loco Cisino feliciter.

ad attribuire questa carta piuttosto al regno di Enrico II che a quello di Enrico III, quantunque l'indizione non concordi coll'anno »; e perciò lo ascrive al 1002. Noi però confrontata siffatta pergamena con più altre del nostro Archivio Governativo, e riscontrate le formole con quelle de' molti documenti adunati in questo *Cartario*, crediamo poter essere di diverso parere, e dover quindi assegnare il presente atto col seguente che ne dipende all'anno primo del regno di Enrico III, che è il 1040, al quale appunto risponde l'indizione ottava che in essi trovasi specificata. Notisi ancora che una parte dei beni menzionati nell'atto stesso dicesi posta *in Casino* (leggi *cesino*) e *Campo zuconi*, e che ad ogni modo quel Buonfiglio padre del Martino che li impegnava ad Alberto era vivo nel 1003, 1004 e 1042, come risulta pei documenti da noi riferiti ai num. XXXVIII, XL e LVI (pag. 61, 64 ed 84).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Signum m. manus suprascripto Martinus qui unc breue sponsionis fieri rogaui.

Signum m. m. m. m. m. manibus Martinus et Aldeprandus et Bernardus et Albertus et Erenzo rogatis testis.

Ego Bernardus notarius scritor uius breue sponsionis compleui et dedit (1).

---

## DOCUMENTO CXV.

Oberto diacono della Chiesa di Genova, figlio del qm. Ingone, Toderada del qm. Giovanni, Guglielmo e Corrado accolito figli della stessa Toderada, e Suficia del qm. Petrile moglie del detto Guglielmo, fanno donazione al monastero di san Siro di una terra con casa e castagneto in Struppa, nel luogo chiamato Croce.

1041, gennaio

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 531)

---

## DOCUMENTO CXVI.

Placito tenuto nella Valle di Rapallo dal marchese Alberto, il quale aggiudica al monastero di san Fruttuoso di Capodimonte la proprietà di una selva.

1044, 1 febbraio

(Ved. Muratori, Antich. Estensi, par. I, cap. XIX, p. 185;
Atti della Società, vol. I, p. 322)

---

## DOCUMENTO CXVII.

Sigeza ed Antelda, madre e figlia, donano al monastero di santo Stefano i beni che possedono nel luogo di Garsaneto.

1045, 6 marzo

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I;
Carte Genovesi, num. 167)

---

† In nomine Domini. hani ab Incarnatione Domini nostri Jhesu Christi mileximo quadrageximo quinto. sexto die mense marcius. indicione quar-

(1) « Pergamena autentica. Sul dorso, di mano antica: *De Cisino* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

tadecima. Monesterio Sancti Stefani proto cristi martiris sito foris Ciuitate Janua. nos Sigeza filia quondam Bruningo et conius Richizoni et Antelda mater et filia et conius Andrea. et ipsi uiri nostris nobis consencientem et subter confirmante. ofertores et donatores ipsius monesterio. propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contulerit rebus iusta octoris uocem in hoc seculo centuplum acipiad. insuper quod melius est uita poxidebit eterna. et ideo nos qui supra mater et filia dono et aufero in eodem (*monasterio*) in suntu in suxidio monahorum pro anime nostre mercede. hoc sunt casis et omnibus rebus nostris proprietariis et libellareis quam abere uiso sum in loco et fundo Garsaneto uel in eorum territoriis. it sunt casis uineis castanetis uel aleis arboribus fructiferis cum area ubi estat. aunia et ex onibus plenum et uacuum que mihi qui supra Sigeza opuenit da parte quondam Genetris mea et nobis per qualecumque ingenium in suprascripto loco Garsaneto in integrum. qui autem suprascriptis casis et omnibus rebus nostris proprietareis et libellareis supradictis una cum acesione et ingresoras earum seut (*sic*) cum superioribus et inferioribus earum uel qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio Sancti Stefani dono et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die Abas uel Monahos illos qui pro tempore in eodem monesterio ordinati sunt uel deinces in antea ordinati eset (*sic*) debent ad earum usu et sumptu in susidium Monahorum quiquit uoluerit pro anime nostre mercede. eo uero ordine ut si unquam in tempore uenerit Pontifex aut Abas aut aliqua potestas qui suprascriptis casis et omnibus rebus aliqua subtradicione aut minuacione facere quexierit. tunc statim ueniant in potestate propinquioribus parentibus nostris qui tunc tempore aparuerit. et tandiu in eorum potestate permaneat a fruendum quod usque uenerit aliqua potestas qui anc mea ofersio atimpleat ut superius legitur nam sit nemina persona exinde inquietatus non fuerit et eas quieto ordine abere permiserit. tunc faciant suprascriptus Abas uel Monahos qui pro tempore in eodem monesterio fuerit aut deinces in antea eset debent de suprascriptis casis et omnibus rebus quod superius legitur at eorum usu et sumptum quiquit uoluerit pro anime nostre mercede. sine onni nostra et eredum nostrorum contradicione. et sic fierit quod non credimus si nos qui supra mater et filia si umquam in tempore uel nostris eredibus a parte ipsius monesterio agere aut causare quexierimus uel ab oni omine defensare non potuerimus. preter Ecclesie cuius est proprietas. tunc spondimus nos qui supra mater et filia uel nostris eredibus componere a parte ipsius monesterio pena suprascriptis casis et aunibus rebus comodo in tempore fuerit melioratis aut ualuerit sub

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

estimacione in consimile loco. anc enim cartulam aufersionis paginam Reinardus notarius tradidit et scribere rogauit. in qua subter confirmans testibusque autulit roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. manibus suprascriptorum Sigeza et Antelda mater et filia qui anc cartulam aufersionis fierit rogauerunt ut supra.

Signum m. m. manibus suprascriptorum Richizo et Andrea qui a suprascriptorum conius illorum consenserunt ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Johanni et Johanni et Rinaldo seu Johanni atque Albizo rogati testes.

† Ego qui supra Reinardus notarius scriptor uius cartulam ofersionis postradita compleui et dedit (1).

---

## DOCUMENTO CXVIII.

Rainaldo vescovo di Pavia conferma alla Basilica di san Giovanni Dominarum della detta città i beni che quella possede, e fra gli altri: *in Sancto Cipriano* (*Comitatus Januae*) *capellam unam.*

A. 1045

(Ved. Robolini, Memorie appartenenti alla storia di Pavia)

---

## DOCUMENTO CXIX.

Vendita di beni nel Comitato di Genova, fatta da Martino del qm. Buonfiglio ad Alberto del qm. Bruningo e Bonafante giugali, in osservanza delle antecedenti promesse (2).

1047, 3 ottobre

(Carte Genovesi, num. 171)

---

In nomine domini dei et Saluatori nostri Jhesu Christi. secundo Enricus gratia dei Imperator Augustus. anno inperii eius deo propicio primo. tercio die mense octuber. indicione prima. Manifesto sum ego Martinus filius quondam bonfilius ego quod in presencia testium acce-

(1) Sul dorso, di mano antica: *Carta de Carsaneto.*
(2) Ved. Docum. CXIV, p. 155.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

pisem et acepiui at uos Alberti filius quondam Bruningi et Bonafante qui et Beriza iugalibus filia quondam Aimoni arientum denarios bonos papienses libras quatuor *pro* utilitatibus meis peraiendum. unde pro isto precio . . . . . . uendo . . . . . (1) oc est medietate de caxis et omnibus rebus illis iuris meis proprietariis et libellariis qui mihi ante os annos ouenit da parte quondam Jenitor et Jenitrix mea . . . . in ualle Pulcifera in loco et fundo Cixini. Purcili. Casale pluncli. Bonaria. Solarioli. Cauanna. Campozuconi. Corte de fucania. Mugnanegasco. Predastrecta. Fontana. Campo de Purcili. Palacexo. Aznensasco. Vederaria. Factori. Incisa. uel pro aliis ceteris locis et uocabulis ubicumque porcione uel sorte inuenti fuerint infra Comitatum Januensis . . . . salua quidem luminaria sancte Ecclesie cuius est proprietas. . . . . anc enim cartulam uindicionis mee Obertus Notarius et Judex scribendum rogauit. Actum Burgo Ciuitate Janua feliciter.

Signum . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Signum m. m. m. m. m. manibus Johannes et Restani et Marinus et Martini et Andrea rogati testes.

Ego qui supra Oberto Notarius et Judex scriptor uius cartule uindicionis postradita compleui et dedit ( ).

---

## DOCUMENTO CXX.

Rainaldo del qm. Tommaso dona alla chiesa di santa Maria di Castello in Genova, parecchi beni siti nella stessa città e nelle circostanze di Rapallo.

1049, 7 aprile

(Ved. Chartarum, vol. II, col. 143 e 150;
Vigna, Illustraz. dell'antichiss. chiesa di S. M. di Castello, p. 465)

---

## DOCUMENTO CXXI.

Adelaide figlia del qm. Manfredo marchese dona al monastero di santo Stefano i beni che possede nel luogo di Porciana, ove dicesi Villaregia.

1049, 4 luglio

(Ved. Chartarum, vol II, col. 145)

(1) Nel trascrivere quest'atto, il Poch ha tralasciate le formole, stringendosi alla sola parte sostanziale.

(2) « Pergamena autentica » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CXXII.

Mutua donazione di beni seguita fra Ansaldo abbate del monastero di san Siro da una parte, ed Ottone del qm. Richezone, Ansegiso o Gungo del qm. Gottifredo e Richizo accolito del qm. Oddone dall' altra.

1049, 15 luglio

(Pergamena dell' Arch. Gov., Abbazia di s. Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 174)

---

In nomine domini dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. donno Henricus gratia dei Imperator Augustus. anno imperii eius deo *propicio* tercio. quintodecimo die mense Julius. Indicione secunda. Monesterio Sancti Sili quod est constructum foris Ciuitate Genua ubi *nunc* domnus Ansaldus Abba preesse uidetur. Nos Otto filius quondam Rikegonis et et Ansegisus qui et Gungo filius quondam Gotefredi seu Rikego akolitus filius quondam Oddoni. qui professi sumus ex nacione nostra lege uiuere langobardam. propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquid contullerit rebus iusta octoris uocem in oc seculo centuplum accipietis et uitam eternam posidebitis. manifeste profitemus nos *qui* supra Otto et Angisus seu Rikego acòlitus quod petiuimus ad uos domnus Ansaldus Abba ut ad nobis et at filiis uel abiacis nostris diebus uite nostre concedere dignaretis precarie et tintheocario nomine tantum usufruendum de aliquantis omnibus rebus iuris suprascripto monasterio uestro quibus sunt poxitis in loco et fundo Sale et in eius territorio. et nos de ipsis omnibus rebus quod inde petiuimus a parte ipsius monasterio uestro dare et tradere ac offerré spondimus masaricio uno cum omnibus rebus a se pertinente iuris nostris quibus sunt poxitis in loco et fundo Brioncti et in eius territorio. et pecia una de prato iten iuris nostris que est poxita prope Prata Oua. quod est per mensura iusta iuge legitima una. coerit ei da una parte lactuciolo. de alia prato Addelberti notarius. da tercia sancti Marciani. sibeque alii sunt coerentes. nos uidelicet ordinamus ac in eodem monesterio faciamus offersionem de ipsis nostris rebus ut uos uestrisque supcessores uel pars ipsius monesterio nos et filiis uel abiaticis nostris prenominatis rebus . . . . . in ipso loco Sale et in eius territorio pro illis quas ibi offerimus qui in eodem loco Briomti et in eius territorio et suprascripta pecia de prato abere promiseritis quiete et inlibate aduisxerimus. faciendum ex frugibus earum rerum uel censum quod exinde annuo Dominus dederit quod uoluerimus. ita ut per nos rebus ipsis non peiorentur. et per-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

soluerimus exinde dum aduisxerimus annuatim a parte ipsius monasterio per omni mense genuarius censum argentum denarios bonos... et dati ipsi denarii per nos uel nostrorum misum uobis uestrisque supcessoribus uel ad uestri misi et ut super altario ipsius sancti Sili ponamus. et pos nostrorum decessum ipsis omnibus rebus tam illis quam inde petiuimus quamque illi sibi offersimus parti ipsius monesterio sint potestate. eo ordine si nobis inuiolabiliter fueri conseruatum sicut petiuimus. Quidem et ego ipse Ansaldus Abba uos abbodiui.... suprascriptam peticionem uestram intelesi. qui ferula de manu sicut petistis ipsis rebus tam. illis quam inde petistis quamque et illis quam ibi offersistis precario et thintheocario nomine abendum tradedit. eo uidelicet ordine ut de uestra et de filiis uel abiaticis. uestris in hoc seculo fuerit uitam ipsis rebus omnibus abeatis. et faciatis ex frugibus earum rerum uel censum quod exinde annue Dominus dederint quid uolueritis sine omni nostrorum uel supcessorum nostrorum seu pars ipsius monesterio inquietatudinem uel contradicionem. ita ut exinde annuatim censum redatis per omni seculo mense genuarius sicut disistis. et si ego ipse domnus Ansaldus Abba uel meis sucesoribus uel pars ipsius monesterio uos et filiis uel abiaticis uestris diebus uite uestre ipsius omnibus rebus supradictis et uobis usufruendo abere tradedit precario et thintheocario nomine. quod si in easdem locas Sale Brioncti Oua et uobis diebus uite uestre aliquam subtracionem uel inquietudinem seu minuacionem exinde fecerimus et ipsis omnibus rebus diebus uite uestre precario et thintheocario nomine usufruendo abbere quiete non permiserimus. tunc componamus uobis uel contra quem exinde non impleuerimus ut supra legitur pena suprascriptis omnibus rebus in dublum sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimiles locas. et pos pena soluta presens contractum inuiolabiliter in sua manead robore. Et si nos ipsi Otto et Ansegisus seu Rikego acolitus uel nostris filiis uel abiaticis ipsum censum annuatim a parte ipsius monasterio non dederimus aut ipsis rebus quas ibi offerimus exinde suptraere quexierimus. eo uidelicet ordine ut nobis et ad filiis uel abbiatlcis nostris diebus uite nostre pars ipsius monesterio quiete et inlibate abbere permiserint. tunc illi rebus quas ibi offerimus quamque et filiis quas inde abere petiuimus sicut supra nominatum est. tunc componamus parte ipsius monasterio suprascriptis omnibus rebus in dublum quam pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimilen locas. quit si uos uestrisque supcessores nos et filiis uel abbiaticis nostris iam dictis rebus qui ad abendum tradeditis quiete et inlibate precario et thintheocario nomine abbere permiseritis sicut superius tunc legitur. pos nos nostrorum omnium decessum ipsis omnibus rebus in easden locas

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

et fundas Sale et in Briomti seu in Oua et in earum territoriis pars ipsius monesterio deueniat. et sint in iure et potestate. ita ut facia de eadem pars ipsius monasterio proprietario nomine quiquid uoluerint pro anime nostre mercedis. et nec eis Ansaldus Abba et Rikego acolitus licead ullo tempore quod uolunt (*sic*). se quod abbeis semel factum uel conscriptum est inuiolabiliter conseruare promiserunt cum stipulacione subnixa. unde due cartule precarie et emphintheothicario nomine et offersionis licet tradicionis uno tinore scripte sunt. Actum Ciue Terdona feliciter.

Signum m. m. manibus suprascripto Ottoni et Ansegisi qui anc cartulam precario et thintheocario nomine seu offersionis et tradicionis fierint rogauerunt ut supra.

÷ Rikego acolitus subscripsi.

Signum m. m. m. manibus Gotefredi et Martini seu Vnfredi legem uiuentes romana testes.

Signum m. m. manibus Johanni et Girardi testes.

Ego Bouo Notarius et Judex sacri Palacii scriptor huius cartule precario et thintheocario nomine seu offersionis postradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO CXXIII.

Donazione di beni fatta da Alberto Rufo marchese e da Giolita contessa sua moglie al monastero di san Venerio di Tiro; alla quale soscrive come testimonio *Enricus de Passiano*.

1050, 28 febbraio

(Vedi Muratori, Antich. Estensi, par. I, cap. XXIV, pag. 230)

(1) Sul dorso, di mano sincrona: *Ansaldus Abbas Sancti Syri dedit Ottoni et Gunzo et Rikezoni acolito et filiis eorum et obiaticis eorum quod Sanctus Syrus habet in territorio Sale in loco et fundo Cogullo ubi Sanctus Syrus dicitur. et in Oua seu in Maurenzansi uel in earum territoriis at aliud massaricium cum omnibus rebus ad eum pertinentibus in loco et fundo Brionti quod ab eis accepit ut post supradictorum obitum sine filiorum uel abiaticorum hec omnia in potestate Sancti Syri reuertantur.* E più abbasso: *De Sale.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CXXIV.

Martino abbate di santo Stefano concede a livello una terra sita in Campomezzano, ad Ingo e Giovanni germani.

1050, aprile

(Pergamena dell'Arch. Gov. loc. cit.; Carte Genovesi, num. 175)

---

Cum Cum peto Defensoribus Sacrosancte Januensis Ecclesie Monasterii Sancti Stephani ubi preest Domnus Martinus Abbas. uti nobis Ingo et Johannes germanus suus cum filiis nostris masculinis. si unus ex nobis sine herede decederet alterius frater succedat. titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus res iuris Ecclesie uestre Sancti Stephani que est posita in loco ubi dicitur Campum mezanum. coeri ipsa pecia terra de uno latere terra monasterii mediante fossato. ab alio latere costa que discendit usque ad stratam publicam. superius dicta strata. inferius costa Vallis de Ronchis. nobis usque ad annos uiginti nouem. ita tamen quod conferamus uobis uel successoribus uestris omni anno in festo Sancti Michaelis soldos uiginti quinque papiensium (¹). Spondimus in Dei nomine atque promitimus ut suprascriptas res meliorare colere et custodire. et pensionem Ecclesie uobis et successoribus uestris per unumquemque annum inferre. Quod si minime fecerimus de quo superius repromitimus. tunc licead uobis uel successoribus uestris in supradictas res intrare et cui uolueritis dare in uestra sit potestate. Vnde sit placet hac peticione nostram et hunc libellum scriptum in manibus nostris firmatum nobis tradere iubeatis. et alium similem a nobis factum uel a testibus roboratum uobis pro munimine Ecclesie tradimus conseruandum. Facto petitorio mense Aprilis. Indicione quarta (²). regnante Domno nostro Henrico in ytalia. anno Inperii eius quarto feliciter.

† Conradus Episcopus in hoc libello subscripsit.

Marinus abbas in (*hoc*) libello subscripsit.

† Johannes presbiter de Runcho notarius scripsi et interfui et dedi (³).

(¹) Forse nella enunciazione di questa somma il trascrittore è corso in un grave sbaglio.

(²) Nel 1050 correva soltanto l' indizione III.

(³) « Pergamena autentica, notata sul dorso di mano antica: *De Campo mezano . . . . De Valle Crosa et Campo mezano* ». (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CXXV.

Alberto Rufo marchese dona beni al monastero di san Venerio; e fra questi *meam porcionem de terra cum oliveto Donini . . . . a summo plano de Ceula et de Monclia, iusta Ecclesia sancti Michaelis.*

1051, 19 agosto

(Vedi Muratori, Antich. Estensi, par. I. cap. XXIV, pag. 231)

---

## DOCUMENTO CXXVI.

Oberto figlio di Leda fa donazione al monastero di san Siro di Genova delle case e terre che ha nel luogo di Pegli.

1053, 5 maggio

(Vedi Chartarum, vol. I, col. 575)

---

## DOCUMENTO CXXVII.

Giovanni diacono, figlio del qm. Giovanni, promette a Richezone monaco di non disturbarlo nel possesso di una terra che il monastero di san Salvatore di Pavia ha in Basaluzzo.

1055, 10 ottobre

(Carte Genovesi, num. 180)

---

✝ In nomine domini dei et Saluatoris nostri Jhesu Christi. secundo Emricus gratia dei Inperator Agustus. anno Inperii eius deo propicio nono. decimo die mensis octuber. Indicione nona. tibi Rehemzoni Monehi ego Joanes diaconus filius quondam item Joani. qui profeso sum ex nacione mea legem uiuere Romana. propterea dissi promitto et spondeo me ego qui supra Joanes diaconus una cum meos eredes tibi cui supra Rehemzoni Monehi au cui tu dederis ut amodum nullo umquam in tempore non abeamus licencia ne potestatem ise Joanes diaconus ne meos eredes per nullum uixigenium (*sic*) nullamque ocausione quod fieri potest agere ne causare contra te quem superius Rehemzoni monehi au cui tu dederis. nominatiue de pecia una de uites cum area sua iuris mone-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

sterii sancti Saluatori quibus est poxita in loco et fundo Baselheucia. iacet a locus ubi Monticello dicitur. est per mensura iusta perticas iugaleis duas. coerit ei da una parte uites Vnadaldi. de alia parte uites Andrei. de tercia parte uites Petri. sibeque alie sunt coerentes. dicendum quod mihi exinde aliqui pertinere debent. set omni tempore sicut superius legitur. et inde taciti et contenti permaneamus. qui si amodo aliquando tempore ego qui supra Joanes Diaconus aut meos eredes de predicta pecia de uites cum area sua agere ne causare contra te quem supra Rehemzoni Monehi au cui tu dederis. uel si aparuerit ullum datum aut factum uel colibet scritum quod ego exinde in alian partem fecisem et dare factum fuerit. ut tunc cumponamus ego ise Joanes diaconus aut meos eredes tibi cui supra Rehemzoni Monehi au cui tu dederis pena dubla isa pecia de uites cum area sua. insuper pena argentum denarios bonos soldos centum. et nec mihi licead ullo tempore nolle quod uolui. se quod ad me semel factum uel conscriptum est su iusiurandum inuiolabiliter conseruare promito con stipulacione sunixa. quidem et ad anc confirmandum donacionis cartulam acepi ego qui supra Joanes Diaconus ad te ian dictus Rehemzoni Monehi exinde Launehilt camixa una de dopso ut ec mea donacio sicut superius legitur firma et stabile permanea adque persistad. Actum prope Castro Gaui feliciter.

Signum m. m. m. manibus Custantini et Petri seu Azoni omnes legem uiuentes Romana testes.

Signum m. m. manibus Mauroni et Selueradus testes.

† Ego Gisulfus notarius Sacri Palacii scriptor uius cartule promisionis post tradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO CXXVIII.

Donazione di beni fatta da Adalberto Marchese qm. Adalberto alla chiesa di san Venerio; alla quale sono testimoni *Berengarius de Vezano et Gandulphus de Lauagna*.

1059, marzo.

(Ved. Muratori, Antich. Estensi, par. I, cap. XXV, p. 240)

(¹) « Pergamena autentica . . . segnata sul dorso, di mano antica: *De Baseregucci* » (Poch).

---

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CXXIX.

Vendita di un prato nel territorio di Calosso, fatto da Silberga ed Amalberga del qm. Lamberto notaio ad Abone del qm. Garimondo.

1059, novembre

(Carte Genovesi, num. 183)

Hanno ab Incarnacione domini nostri Jhesu christi millesimo quinquagesimo nono . . . . . . . ecimo die mense nouember. indicione duodecima. Constad nos Silberga femina et *amalberga* germanas filias qnondam Lambertus notarius. qui profesi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere Langoba do ur. se nunc ipso uiro me lege uiuere romana . . . . . . . . . . . . ipso namque Bonizoni consenciente infrascripta conius sua. et Cunradus clericus consenciente eidem bo . . . . . . . seu Andrea et Goderisi germanis consuprinis et mondoaldis meis qui supra amalberga mihi consenciente et iusta lege . . . . . inas una cum noticia de propinquioribus parentibus meis. i sunt Andrea et Goderisi consuprinis meis in eorum *pres*encia uel testium certo facio profesione quod nulla me pati uiolencia . . . . accepisemus nos *qui supra* germanas . . . . . ad te Abo filius quondam Garimundus argentum denarios bonos soldos decem finito precio pro pecia una de prato . . . . . . quam abere uiso sum in territorio Caluce. et iacet a locus ubi dicitur Sera. et est ipsa pecia de prato per mensura iusta tabulas treginta et setem et dimidia. coeret ei . . . . . . . terra de eredes quondam Bosoni . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
Actum in loco qui dicitur Fagnano feliciter.

Signum m. m. m. manibus suprascriptorum Silberga Jugale et Amalberga germanas . . . . . . . .

Signum m. m. manibus suprascriptorum Andrea et Goderisi qui eidem Silberga consuprina suox interrogauerunt ut supra.

Signum m. m. manibus Cristiani et Johannes isti uiuentes lege romana testes.

Signum m. m. m. manibus Ribaldus et Andrea seu Rodolfi testes.

Ego Gontardus notarius Sacri Palacii scriptor uius cartule uindicionis post tradita compleui et dedi (¹).

(¹) « Pergamena autentica. Sul dorso, di antico: *De Caloci* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CXXX.

Testamento di Oberto Obizzo marchese qm. Oberto.

1060, 28 gennaio

(Muratori, Anth. Estensi, par. I, cap. XXV, p. 245)

Ego in Dei nomine Obertus qui et Opizo Marchio . . . uolo et iudico ut sit in meum dominium cunctas casas et omnes res territorias seu castra et capellas iuris mei que abere uisus sum in Episcopatu . . . . Genuense . . . . . etc.

## DOCUMENTO CXXXI.

Iterio giudice del qm. Oberto dona al monastero di santo Stefano un manso sito nel luogo di Mortedo.

1060, agosto.

(Pergamena dell' Arch. Gov., abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 188)

† Hanni ab Incarnacione Domini nostri Jhesu Christi milleximo sexagesimo. mense augustus. indicione tercia decima. Monasterio Sancti Stephani proto martire quod est constructum foris prope Ciuitate Janua. Ego Iterio Judes filius quondam Vberti. qui profeso sum ex nacione mea lege uiuere romana. offertor et donator ipsius Monasterii. propterea dixi quisquis in sanctis hac in uenerabilibus (*locis ex*) suis aliquit contulerit rebus iuxta octori uoce in oc seculo centuplum accipiad. et insuper quod *melius est* uitam posidebit eternam. et ideo ego qui supra Iterio Judex dono et offero in eodem monasterio pro anime mee mercede. hoc est manso uno cum area ubi estat cum uinea et ficas et oliua et aliis arboribus fructiferis et mansione super abente. quod est terricio (?) iuri mei. quam abere uiso sum in Valle Vesano ubi dicitur Mortedo. coerit ei ad iam dicto manso de una parte terra ipsius Monesterii. de alia parte uia publica. de tercia uero parte terra que dicitur ual degodo. de quarta parte terra ipsius monesterii et suis consortes. sibique alii sunt ab omni coerentes. infra iam dictas coerencias una cum acesione et ingreso suo in inte-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

grum ab ac die in eodem monesterio dono cedo et trado confero et per presentem cartulam offersionis proprietario nomine inibi abendo confirmo. faciendum exinde abba uel *monachi* illi qui in eodem monesterio ordinati sunt uel deinces in antea ordinati ese debent a parte ipsius monasterii quicquit uoluerint sine omni mea uel eredum meorum contradicione. quidem et spondeo atque promito me ego qui supra Iterio Judes una cum meos eredes eodem monesterio uel pars ipsius monasterii ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si exinde per couis ingenium subtraere quexierimus. tunc in duplum eadem offersio ut supra legitur restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub stimacione in consimile loco. hanc enim cartulam offersionis paginam Johannes notarius scribendum rogaui. in quam subter confirmans testibusque optulit roborandum. Actum Ciuitate Janua feliciter.

*Signum* m. manus suprascripto Iterio Judes qui anc cartulam offersionis fieri rogauit et qui propter nimiam infirmitatem minime scribere potuit et oc signum Sancte Crucis fecit.

*Signum m. m. m.* manibus Bonusseniore. Cunizo. Albericus lege uiuentes romana testes.

Signum m. m. manibus Godo. Amicus rogati testes.

. † Ego qui supra Johannes notarius scriptor uius cartule offersionis postradita compleui et dedi (¹).

---

## DOCUMENTO CXXXII.

Bellissima figlia del qm. Ardoino dona alla chiesa di santa Maria di Castello in Genova i beni che possiede in Montesignano, nella Valle di Bisagno.

1061, maggio.

(Ved. Chartarum, vol. II, col. 155; Vigna, Illustrazione di S. M. di Castello, p. 467)

(¹) Sul dorso, di mano antica: *Cartula quam fecit Iterio Judex a Sancto Stephano. De Mortedo.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

# DOCUMENTO CXXXIII.

Berta e Manfredo suo figlio fanno omaggio al monastero di san Siro della cappella di san Michele di Calosso e di cinquanta iugeri di terreno.

1064, 30 settembre.

( Pergamena dell' Arch. Gov., Abbazia di s. Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 199)

---

Anno ab Incarnatione Domini nostri ihesu christi millexímo sexagexímo quarto. pridie kalendas octobris. indicione secunda. Monasterio Sancti Sili quod est constructum foris et prope ciuitatem Janue. Nos Berta . . . . . . . . . . . . . . . . . . Maginfredi et item Magnif*redus* . . . . . . . . . . . . . . mater et filius. qui profesi sumus *nos ex* nacione *nostra* lege uiuere salicha ofertores et donatores supradicto Monasterio Sancti Sili. propterea *diximus quisquis in sanctis ac in uenerabi*libus locis et suis aliquid rebus contulerit iusta auctoris uocem hoc seculo centuplum *accipiat. insuper quod melius est uitam* posideatis eternam. Ideoque nos qui supra mater et filii donamus et offerimus a presenti die *in eodem monesterio* pro mercede et remedio anime nostre. hoc est Capella una que est edificata in honore Sancti Michaelis . . . . . . . . . . . . . . sex similiter cum omnibus ad se pertinentibus que sunt rectis ac laboratis per . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Georgii Johannis et Vilielmi Infantuli filii quondam Ademperti seu Garimundi iuris nostri mater et filii. quam abere uisi sumus in territorio Calocii. et sunt infrascriptos mansores cum omnibus rebus ad se pertinentibus et omnibus rebus que ad supradictam Capellam pertinent per mensuram iustam inter casis sediminis . . . . . . . . . . . . . . . *a*rabilibus et uineis cum areis suarum et erbis et pratis seu buscaleis cum areis suarum iugera quinquaginta. et sunt de nostro iuris rebus que ad supradictam capellam et iam dictas mansoras pertinent plus inuentum . . . . . . . . insuper per hanc cartulam offersionis . . . . . potestate proprietario iuris. que autem infrascripta mansoras cum omnibus rebus ad se pertinentibus mater et filii supradicta una cum accessione *et ingresso suo* seu cum superioribus et inferioribus earum rerum qualiter superius mensura legitur in integrum ab hoc *die in eodem* monasterio Sancti Sili pro mercede et remedio anime nostre donamus et offerimus et per presentem cartulam offersionis *ibidem abendum* confirmamus. Insuper per cultellum fistucum nodatum uuantonem et uasonem terre atque ramum arboris exinde coram testibus legi-



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

timam facimus tradicionem et *uestituram* et nos exinde foris expulli *uuarpiui et absi sito* fecimus et a proprietate supradicti monasterii proprietario nomine quiquid uoluerit sine omni nostra et heredum ac *pr. heredum nostrorum* contradicione uel repeticione. Si quis uero quod futurum esse non credimus si nos ipsi mater et filii aut ullus de heredibus ac proheredibus nostris seu qualibet oposita persona contra hanc cartulam offersionis ire quandoque tentauerimus. aut nos per quodcumque ingenium infrangere quesierimus. tunc inferamus *ad illam partem* quam exinde litem intulerimus multa que est pena auri optimi uncias centum argenti pondera duocenti. et quod repecierimus etuindicare non ualeamus. se presens anc cartulam ofersionis diuturnis temporibus firma permaneat atque persistat inconuulsa con stipulacione subnixa. et *nobis qui* supra mater et filiis nostrisque heredibus ac proheredibus contra ipsum monasterium Sancti Sili suprascripta ofersio qualiter superius in integrum ab omni homine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si de ipso monasterio per quodcumque ingenium sutraere quesierimus. tunc in dublum suprascripta offersio ad ipsum monasterium restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub estimacionibus in consimilibus locis. et nec nobis mater et filii liceat ullo tempore nole quod uoluisemus. se quod a nobis semel factum conseruare promittimus con stipulacione subnixa. et bergamena cum actramentario de terra eleuauerunt. paginam stefanus notarius Sacri Palacii tradidit et scribere rogaui. in qua subter confirmans testibusque tibi obtulit roborandum. Actum infra Castrum de Aste ciuitate feliciter.

Signum m. m. manibus infrascriptorum matris et filii qui hanc cartulam ofersionis fieri rogauerunt. eisque relecta est.

Signum m. m. m. manibus Rolandi et Rudulfi seu Agicardi isti lege Salicha testes.

Signum m. m. manibus Rolandi et Bono isti lege Romana testes.

Signum. m. m. manibus Aginfredi et Johannis testes.

Ego qui supra Stefanus notarius Sacri Palacii scriptor uius cartule ofersionis post tradita compleui et dedi.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CXXXIV.

Andrea del qm. Genoardo e Buonafiglia, giugali, vendono a Bellarello del qm. Berizone la metà di una terra sita in Mortedo.

1065, gennaio.

(Carte Genovesi, num. 200)

---

✝ Anno ab incarnacione Domini nostri ihesu christi millexìmo sexagex*imo* quinto. mense Janoarius. indicione tercia. Constad nos Andrea filius quondam Jenoardi et Bonafilia iugalibus. et ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. qui profesi sumus ex nacione nostra lege uiuere romana. accepisemus nos commutacione sicutti et in presencia testium accepimus ad te Bellarello filius quondam Berizo argentum denarios bonos papienses soldos triginta finitum precium pro nostra porcione que est medietate de pecia una de terra *cum area u'i e*stat cum uinea et ficas atque oliuas et aliis arboribus fructifer*is* supe*r se* abente iuris nostra proprietaria. quam abere uisi sumus in loco et fundo moro . . . . . . do Mortedo. coerit ipsa medietate quam ad alia simile medieta*te* per totum ex una parte terra Vitalis. ex aliis tribus partibus uia publica. sibique alii sunt ab omnia coerentes. infra iam dictas coerencias omnia suprascripta medietate una cum accesione et ingreso suo in integrum ab ac die tibi qui supra Bellarello pro suprascripto argento uendimus tradimus et mancipamus nulli alii uendicta donata alienata opnosiata et tradicta nisi tibi. et facias exinde a presenti die tu et eredibus tuis aut cui uos dederitis iure proprietario nomine q*uicquid* uolueritis sine omni nostra uel eredum nostrorum contradicione. quidem et spondimus *atque pro*mitimus nos qui supra iugalibus una cum nostris eredibus tibi qui supra Bellarello uel ad ereredibus tui*s aut* cui uos dederitis suprascripta uendicio qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquod per *couis* ingenium subtraere quesierimus. tunc in duplum eadem uendicta ut superius legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub stimacione in consimile loco. et nec nobis licead ullo tempore nolle quod uoluit. se quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promitimus con stipulacione subnixa. et nihil nobis ex ipsum precium exinde aliquit red*dere de*beris. Diximus. Actum ciuitate Janua fel*iciter*.

Signum m. m. manibus Andrea et Bonafilia iugalibus qui anc car-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

tulam uendicionis fieri rogauerunt. et suprascripto precio acceperunt. et ipse Andrea qui a suprascripta conius sua consensi.

Signum m. m. m. manibus Mauro Merlo Johannes lege uiuentes Romana testes.

Signum m. m. manibus Bonouasallo Johannes rogati testes.

÷ Ego Johannes notarius scriptor uius cartule uendicionis postradita compleui et dedi (1).

## DOCUMENTO CXXXV.

Adalberto preposito della Chiesa di Tortona e Guido marchese, figli del qm. Oberto pure marchese, e Beatrice loro madre, figlia del qm. Ulrico, donano al monastero di san Siro di Genova la parte che loro spetta di due massarizi posti nel luogo di Tramontana.

1065, 29 agosto.

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 613)

## DOCUMENTO CXXXVI.

Libello di Pietro del qm. Andrea per avere in enfiteusi dal monastero di san Siro i beni della chiesa di san Marcellino posti nella Valle di Chiavari.

1066, gennaio.

(Carte Genovesi, num. 205)

Cum Cum peto Defensoribus Sacrosancte Januensis Ecclesie ubi preest Donnus Ansaldus Abbas Monasterii Sancti Syri Janue uidetur. uti *nobis* Petro filius quondam Andrei una cum uxore et filiis masculinis. et si unus ex nobis mortuus fuerit unus alterius succedat. titulo condicionis locare nobis iubeatis petimus iuris Ecclesie Sancti Marcellini petias qui poxite sunt in loco et fundo Clauari ubi dicitur Lopino. Macinola. Leia. Mortedo. Casalego. Castagneto. Costa Albinoti. Cauanutia. Bramella. Runco. Maxenasco. Lesorti. uel pro aliis ceteris locis ubicumque inuentum fuerint sicut ante nos tenuit aut uestito fuit suprascripto Petro omnia ex omnibus plenum et uacuum in integrum. et sunt casis

(1) « Pergamena autentica. Sul dorso, di mano antica: *De Murtedo* » (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Signum m. m. manum suprascriptorum iugalium qui hanc cartulam offersionis fieri rogauerunt.

Signum m. m. m. m. m. manuum Johannis de Landulfo. Amicus Brusco. Mauro. Obertus de Merlo. Wilielmus Ebriacus. rogati testes.

† Ego Petrus Judex scriptor uius cartule offersionis postradita compleui et dedi.

## DOCUMENTO CLVII.

Carta di donazione di beni e della ottava parte della chiesa di san Martino in in Paravanico, fatta da Gezo ed Alguda giugali e Gandulfo ed Anna loro figli, al monastero di san Siro.

1088, marzo

(Pergamena dell' Arch. Gov., abbazia di s. Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 238)

Teste Paganus. Ido. Otto. Pumo. Andrea. Cartula ofersionis quam fecerunt Gezo et Alguda iugalibus et Gandulfo et Anna germani filii nostri et suprascripta Anna co*nius* Dodoni ad Monasterio Sancti Siri. nominatiue de casis et omnibus rebus proprietariis et libellariis in Palauanego et octaua pars de Ecclesia que est consecrata in onore sancti Martini sic nobis pertinet per quolibet ingenium. omnia et ex omnibus plenum et uacuum sicut superius legitur in integrum. Millleximo octuageximo octauo. mense Marcius. Indicione undecima.

Dodus notarius scripsi.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CLVIII.

Ingone dona a Wida sua nipote i beni che possede in Rapallo ed in quelle vicinanze.

1809, 20 aprile

(Pergamena dell' Arch. Gov., loc. cit.; Carte Genovesi, num. 239)

---

Hanno ab incarnacione domini nostri ihesu christi millesimo octuagesimo nono. duodecimo kalendas madii. indicione undecima. Tibi wida filia quondam idonis a*mica et* nepota mea ego Ingo filius Bonafilia ha . . . . . donator tuus. propterea disi quapropter dono tibi a presenti die dilectioni tue potestatem per anc cartulam donacionis proprietario et libellario nomine . . . . abendum confirmo. oc sunt casis et omnibus rebus illis iuris proprietariis et libellariis que fuerunt Widoni presbiter et sicut mihi qui supra Ingo odie ouenit per carta donacionis de ipso Wido presbiter quam habere uisso sum infra Marcha Januensi per locas que nominatur. et in fundo Rapallo. et in Montexello. seu in Caneza. et in Caualixi. et in Perogallo. seu in finibus Lauaniensi. et in Castagneto maiore. et in uia Rapalina. et pro aliis ceteris locis et uocabolis ubicumque de predictis casis et omnibus rebus inuenti fuerint in integrum. similiter dono ego qui supra Ingo tibi qui supra Wida pro ipsa cartula donacionis et pro suprascripto Launehil. oc est mea mobilia et casa que nunc abeo uel in antea aquexeritis. exepto soldos decem aut in ualente quod in eadem cartula donacionis reseruaueri Wido presbitero et mihi qui supra Ingo odie ouenit per eadem cartula donacionis de suprascripto Wido presbiter. et sunt casis uineis ficetis oliuetis castanetis roboretis canetis et aliis arboribus fructiferis cum areis suarum. et terris arabelis et ierbis siluis buscaleis cum areis suarum omnia et ex omnibus plenum et uacuum in integrum. que autem suprascriptis casis et omnibus rebus illis iuris proprietariis et libellariįs superius prenominatis una cum accessionibus et ingressoras earum seu cum superioribus et inferioribus earum rerum qualiter superius legitur simul cum iam dicta mobilia in integrum hab ac die tibi qui supra Wida amica et nepota mea dono cedo trado confero et per presentem cartulam donacionis proprietario iuri et libellario nomine in te abendum confirmo. et facias exinde a presenti die tu et heredibus tuis aut cui uolueris proprietario et libellario nomine quicquit uolueritis sine omni mea et heredum meorum contradicione. salua quidem luminaria sancta Ecclesia cuius est proprietas. et licead te exinde libellum petere ad nomen tuum

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

uel heredibus tuis aut cui dederitis quandocumque tempore uolueritis. quidem expondeo que promitto me ego ingoni una cum meis heredibus tibi qui supra Wida tuisque heredibus aut cui uos dederitis ista donacio qualiter superius legitur in integrum ab oni omine defensare. preter ecclesia cuius est proprietas. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquit per couis ingenium suptraere quexierimus. tunc in dublum eadem donacio sic ut supra legitur uobis restituamus sicut pro tempore fuerit melioratis aut ualuerit sub estimacione in consimilibus locis. et iam dicta mobilia in consimile mobili. quidem et ad anc confirmanda donacionis cartulam accepi ego qui supra Ingo ad te iam dicta Wida exinde Launehil uestimenta una ut ec mea donacio sicut supra legitur firma et stabilis permaneat que persistad. Actum in loco lomulinello feliciter.

Signum m. manus isto Ingo qui anc cartulam donacionis fieri rogaui et suprascripto launehil accepi ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Bonifredi et Pagani seu Johanni atque Pomo et Berardi rogati testes.

Ego Johannes notarius Sacri Palacii scriptor uius cartule donacionis postradita compleui et dedi (1).

---

## DOCUMENTO CLIX.

Bernardo abate del monastero di san Siro concede in locazione a Lanfranco del qm. Bonando la metà di una terra con casa nel Campo di san Marcellino.

1089, settembre

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 688)

---

## DOCUMENTO CLX.

Lanfranco avvocato, del qm. Dodone, ed Alguda giugali fanno donazione della terza parte di un manso al monastero di santo Stefano, ricevendone però in compenso lire dieci di buoni denari d' argento.

1094, giugno

(Carte Genovesi, num. 241)

---

† Hanno ab Incarnacione Domini nostri ihesu christi millexímo nonagesimo quarto. mense Junii. Indicione secunda. Monasterio Sancti Ste-

(1) Sul dorso, di mano antica: *De Rapallo.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

phani proto christi martiris fori muro Ciuitate Janue. nos Lanfrancho auocato filius quondam Dodoni et Alguda Jugalibus. et ipso uiro meo mihi consenciente et subter confirmante. qui profesi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere romana. propterea diximus quisquis in sanctis hac in uenerabilibus locis et suis aliquit contulerit rebus iusta auctori uoce in hoc seculo centuplum haccipiat. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. ideoque nos qui supra iugalibus *donamus et offerimus ad e*odem monasterio et per presentem cartulam uindicionis ibidem abendum co*nfirmam*us et per argentum denarios bo*nos papienses l*ibras decem. oc est nostra por*cione* quod est tercia porcione de mansum unum cum area ubi estat cum uineas et ficas et oliuas super abente iuris nostra proprietaria sicut nobis obuenit ex parte quondam Razoni qui fuit comes. aut nobis ouenit per qualecunque inienium. quam habere uisi sumus foris muro ciuitate Janue non longe de suprascripto monasterio *ubi dicitur ori*olo. coerit ad suprascripta tercia p*orcione* quamque ad alie sim*iles due porciones* de una parte terra Johannis de . . . . . . . de alia parte terra Lanberti filii quondam Merloni. de tercia parte uia publica. de quarta parte terra suprascriptorum Johanni et Lanberti et Sancti Fluctuosi. sibeque alie sunt coerentes. infra iam dictas *coerencias omnia et ex omnibus* sicut superius legitur plenum et uacuum una cum haccesione *et ingresso suo seu cum superioribus et inferioribus ab hac* die in eodem monasterio argen . . . . . . . . . . . uendicta donata aliena*ta* . . . in eoden monasterio et per presentem cartulam uen*dicionis ibidem habendum confir*mamus. faciendum exinde a presenti die illi mo*nachi qui* ordinati fuerint ad . . . . . . . . . . . . . (1).

(1) Pergamena logora e mancante. Sul dorso, di mano antica: *Testes Guido. Auberto. Dodo. Rainaldo . . . . . Cartula ofersionis quam fecerunt Lanfrancho et Alguda iugalibus ad monasterio sancti Stefani. nominatiue de nostra porcione que est tercia porcione de mansum unum . . . . llo. de una parte terra Johannis. de alia parte terra . . . . . . . . . de tercia terra sancti Fructuosi. de quarta uia sicut . . . . . quondam Razoni. precio librarum X. Millesimo nonagesimo quarto. mense Junii. Indicione secunda.*

Quindi di altra mano: *Carta quam fecerunt Lanfrancus Aduocatus et Alguda coniux eius de tercia pars de Oriolo.* E finalmente di altro carattere ancora: *De Oriolo. Est in Calignano* (Poch).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CLXI.

Donazione di beni fatta al monastero di san Venerio da Oberto marchese e Giolita contessa sua madre; alla quale è testimonio *Alinerius de Castro Passiano.*

1094, giugno

(Ved. Muratori. Antich. Estensi, par. I, cap. XXIV, p. 234)

---

## DOCUMENTO CLXII.

Aldeza e Dilgeza del qm. Ingezone donano a Giovanni del qm. Pietro una pezza di terra in Struppa, nella regione denominata Campora.

1095, 1.º aprile

(Carte Genovesi, num. 242)

---

† Hanno hab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi Milesimo nonagesimo quinto. die mense halendis aprilis. Indicione IIII (¹). dilectissimo nobis senper Johannes filius quondam Petri nos Aldeza (?) et Dilgeza (?) germane filie quondam Ingezoni. ipsi uiri nostri nobis consenciente et subter confirmante. amice et donatris tue. propterea dixi ile est donacionis titulo iure firmissimo que bona et spontanea uoluntate nostra interueniet. et ideo nos qui supra germane amice et donatris tue donamus cedimus tradimus conferimus et per presentem cartulam donacionis proprietario iuris et libelario nomine in te qui supra Johannes amico nostro abendo confirmamus. oc est pecia una de tera uacua iuris nostra proprietaria et libelaria que poxita est in Strupa locus ubi dicitur Campora. et est predicta pecia de tera per mensura iusta in circuito perticas quinque et quarta porcione de pertica una. coerit ei a suprascripta pecia de tera da una parte tera Beloni. da alia parte terra Rustici. da tercia parte tera Alberti. da quarta parte tera tua qui supra Johannis. sibique alie sunt mensure uel coerencie. omnia suprascripta pecia de tera in integrum. que autem suprascripta pecia de tera una cum acesione et de ingreso uel esito suo in integrum. ut a presenti die in te qui supra Johannes uel in eredibus tuis aut cui uos dederitis sit potestate ex nobis qui supra germanis plenixima largietate. faciendum

(¹) Correva soltanto la III.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

exinde cocumque uolueris. de rebus libelaria salua censum Ecclesia cuius est proprietas. et liceat exinde libelum petere a nomen tuum uel cuicumque uolueris. et sic fieri cot non credimus nos qui supra germane si unquam in tempore nos uel nostris credibus auersus te qui supra Johannes uel auersus tuisque eredibus aut cui uos dederitis suprascripta donacio qualiter superius legitur in integrum agere aut causare quesierimus uel ab omni omine defensare non potuerimus preter Ecclesia cuius est proprietas. tunc spondimus nos qui supra germane una cum nostris eredibus componere tibi qui supra Johannes tuisque eredibus aut cui uos dederitis pena dupla de ista pecia de terra comodo in tempore fuerit meliorata aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. quam uero cartulam donacionis nostre paginam Johannes notarius scribendum rogaui. in qua supter confirmans testibusque otuli roborandam. Actum in loco Strupa qui eserino feliciter.

Signum m. m. manibus suprascriptorum germane qui anc cartulam donationis fieri rogaui. et suprascripti uiri nostri consenxi ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Johannes. Ingo. Ribaldo. Albertus. Rustico fieri rogati testes.

† Ego qui supra Johannes notarius scriptor uius cartule donacionis postradita compleui et dedi.

---

## DOCUMENTO CLXIII.

Promessa che fa Guido del qm. Rustico di non recar molestia al monastero di santo Stefano nel possesso di una parte di manso [1].

1095, giugno

(Pergamena dell'Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 243)

Anno ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi millexímo nonagexímo quinto. mense Junio. Indicione tercia. Monesterio Sancti Stefani quod est constructo foris muro Ciuitati Janue. Ego Wido filius quondam Rustici. qui profesus sum ex nacione mea lege uiuere romana. propterea dixi promitto adque espondeo me ego qui supra Wido una cum meis filiis et filiabus uel erede a suprascripto monesterio uel a patrum ipsius monesterii aut cui ipsi dederint ut admodo nullumquam in tem-

[1] Ved. Docum. CLX, a pag. 195.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

pore non abeamus licencia nec potestate per nullum uix ingenium nullamque ocasionem quod fieri potest agere nec causare. nominatiue mea porcione quod est mansum unum iuris mei proprietariis quam abere uisi sumus non multum longe da ciuitate Janue ubi dicitur Auriolo. et est ipsa mea porcio quod est tercia porcio quamque ad alie similes due porciones ad super totum da una parte terra que fuit T... blo. da alia parte uia que pergit a porta. de reliquis duobus partibus terra suprascripto monasterio. sibique alii sunt coerentes. infra ian dictas coerencias una cum accesione et ingreso uel esito suo omnia suprascripta tercia porcione sicut fuit de Razo in integrum ducendum. quod non exinde aliquit pertinere debemus. set omni tempore exinde taciti et contenti permaneamus. quod si admodum aliquo tempore ego qui supra Wido si umquam in tempore nos uel nostris eredibus a parte ipsius monesterii suprascripta promissio qualiter superius legitur in integrum agere aut causare presumserimus per nos aut per nostras sumissas personas. uel si aparuerit ullum datum aut factum uel colibet scriptum quod ego exinde in aliam partem fecisemus aut emisiesimus uel deinceps in antea mittamus et claruerit sicut supra legitur. tunc spondeo me ego qui supra Wido una cum meis filiis filiabus uel erede componere in iam dicto monesterio uel a patrum ad iam dicto monesterio suprascripta promissio in dublum comodo in tempore fuerit meliorata aut ualuerit sub stimacione in consimile loco. et insuper pena auro obtimo libras decem. quidem et ad anc confirmandam promisionis cartulam accepi ego qui supra Wido ad te ian dicto miso exinde Lonahil uestimentum unum ut a mea promissio sicut supra legitur omni tempore firma et stabilis permanead atque persistat inconuulsa cou stipulacione subnixa. Actum Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. manus suprascripto Wido qui anc cartulam promisionis fierit rogauit.

Signum m. m. m. m. m. manibus Amicus Brussco. Bomato. Jorma... ... no. Wilielmus. Johannes. Ingo rogati testes.

Ego Anselmus Judex sacri Palacii scripsi et subscripsi compleui et dedi [1].

[1] Sul dorso : *De Oriolo. È in Calignano. Credo quod etiam modo uocatur Pera.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CLXIV.

Rubaldo del qm. Tedisio, Pagano del qm. Oberto e Gerardo del qm. Alberto, di Lavagna, rinunciano al monastero di san Colombano di Bobbio ogni loro ragione sulla chiesa di santo Eufemiano di Graveglia.

1096, 1.º marzo

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 719)

---

## DOCUMENTO CLXV.

Azone abate del monastero di santo Stefano concede in enfiteusi ad Angelerio e Rodolfo del qm. Pietro, Bardo prete del qm. Martino ed Andrea del qm. Pietro, i beni del monastero medesimo posti sul monte Peraldo, ad eccezione di due prati.

1097, aprile

(Pergamena dell' Arch. Gov., Abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 244)

---

† Anno ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi milleximo nonagesimo septimo. mense aprilis. Indicione quinta. Placuit atque conuenit inter Azonem Abatem monesterii Sancti Stefani situm prope ciuitate Janua. nec non et inter Anglerium et Rodulfum germanos eorumque filios masculinos filii quondam Petri. et presbiterum Bardum filium quondam Martini. et Andream filium quondam Petri. ut in Dei nomine debeat dare sicut a presenti dedit ipse Azo Abas ex parte suprascripti monesterii Sancti Stefani eidem Anglerio et Rodulfo eorumque filiis masculinis in una medietate et suprascripto presbitero Bardo et Andree eorumque eredibus in alia medietate. ad fictum censumque redendum libellario nomine usque ad annos XX nouem expletos. hoc sunt omnes res libellarie iuris ipsius monesterii Sancti Stefani que sunt poxite in monte Peralto. fines uero eius in Alpe Maxeria. in inferiori capite Fosatum Deleuene qui pergit ad pedem Maxerie. de alio terminum Costa Discola poxitum usque in Alpe. de superiori capite Alpis que nominatur Fosse. quartum latus pratum domnicatum usque in Costa Begadina. omnia et ex omnibus quicquid pars ipsius Monesterii in ipso loco infrascripto habere uidetur. preter pratum donicatum ipsius monesterii et pratum quem tenet Lanfrancus Gabo ex parte ipsius monesterii. alias

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

omnes res que ad ipsum monesterio pertinet in integrum. ea racione ut amodo ipse Anglerius et Rodulfus et presbiter Bardus et Andreas uel illorum heredes usque ad annos XX nouem expletos predictas res una cum accessionibus et ingressibus suis seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum debeant habere et detinere. ita tamen ut per eos meliorentur non peiorentur. et persoluere debeant per singulos annos de blaua que ibidem laborata fuerit quintam partem et pullos duos. et per unumquemque Natale Domini exinde persoluere debeant spallam et similiter pullos duos. datum et consignatum ipsum amixere ad locum ipsius Monesterii ei misso per se ipsos aut suos heredes uel per eorum missum. et insuper dare debeant medietatem de Bosco quem ibidem coltum fuerit. excepta murta. aliam uero super impoxitam eis non fia. pena uero inter se se posuerunt ut si istus Anglerius et Rodulfus et presbiter Bardus et Andreas uel illorum heredes minime redierint per unumquemque annum sicut superius legitur. aut si suprascriptus Abas uel eius successores exinde aliquam forciam aut super impoxitam fecerint nisi sicut superius legitur. uel ab omni homine defendere non potuerint. aut si ipse Anglerius et Rodulfus et presbiter Bardus et Andreas uel illorum heredes adiutorium ad defensionem istarum rerum sicut potuerint non prebuerint. tunc componat pars parti fidem seruanti pene nomine soldos centum denariorum papiensium. quam uero cartulam conueniencie nostre Gisulfum Judicem scribere rogauimus. in qua subter confirmantes testibus obtulimus roboranda. Vnde due cartule uno tenore scripte sunt. Actum in atrio ipsius Monesterii feliciter.

Signum m. m. m. m. m. manibus Abatis et Anglerii ac Rodulfi et presbitero Beroardi et Andree qui hanc cartulam conueniencie fieri rogauerunt ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Alberti Aduocati. Johannis. Pagani. item Alberti. Boni Johannis testes rogati.

Ego Ato abbas a me factum subscripsi.

Ego Ansaldus me subscripsi.

Ego qui supra Gisulfus Judex scriptor huius cartule conueniencie postradita compleui et dedi (¹).

(¹) Sul dorso, di mano antica: *De plactibus Peradi. Cartula de Peraldo. Cartula de Peralto.*



Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CLXVI.

Anselmo abate di santo Stefano, col consiglio di Amico Brusco console della città di Genova, di Gandolfo Visconte avvocato del monastero, e d'altri buoni uomini riuniti presso la torre del detto Amico sita nella Ripa del Castello, riceve da Martino, Baldo e loro consorti la rinuncia di costoro ad ogni diritto di proprietà sovra un molino posto in Bisagno nel luogo appellato Molinello, e lo concede ai medesimi in enfiteusi.

1098, 23 aprile

(Ved. Atti della Società, vol. I, p. 67)

---

## DOCUMENTO CLXVII.

Rainaldo, Oberto suo figlio e Madrona moglie di esso Oberto, donano al monastero di santo Stefano un manso in Mortedo.

1099, maggio

(Pergam. dell' Arch. Gov., abbazia di s. Stefano, mazzo I; Carte Genovesi, num. 247)

---

Anni ab incarnaciene domini nostri Jhesu christi millеximo nonagеximo nono. mense madii. indicione sesta. Monasterio Sancti Stefani proto martiris quod est constructum foris prope ciuitate Janua. Nos Rainaldus filius quondam Bonifilii Obertus pater et filius eius et Madrona conius suprascripti Oberti. et ipso uiro et socero nostro nobis consenciente et subter confirmante. qui professi sumus nos ex nacione nostra legem uiuere romanam. ofertores et donatores ipsius Monasterii. propterea diximus quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iusta octoris uocem in hoc seculum centuplum accipiet. et insuper quod melius est uitam poxidebit eternam. et ideo nos qui supra pater et filius (*et*) Madroina (*sic*) in eodem monasterio donamus et oferimus et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmamus. hoc est mansum unum et rebus iuris nostri proprietarium cum mansione et torcio et uineis et ficibus auliuis super abente. quod habere uisi sumus in loco et fundo Mortedo. cum omnibus suis pertinenciis. coherent ei da una parte uia publica. da alia parte terra Sancti Stefani. da tercia parte terra Alberti de Wuaraco. de quarta parte terra de Malauxelo et filiorum de Oberto de Dodo. sibique alie sunt ab omni coherentes. infra iam dictas

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

coherencias omnia et ex omnibus plenum et uacuum una cum accesionibus et ingresoris uel exito suo in integrum ab ac die in eodem monasterio donamus et oferimus et per presentem cartulam ofersionis inbidem (*sic*) abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die Abas ipsius Monesterii quicquid uoluerint simul cum Monachis qui ibi sunt uel deinceps in antea ordinati ese debent sine omni nostra uel heredum nostrorum contradicione. quidem et spondimus atque promittimus nos qui supra pater et filius et Madrona una cum nostris heredibus ad parte ipsius monasterii suprascriptum mansum qualiter superius legitur in integrum ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquid per quouis ingenium subtraere quexierimus. tunc in duplum eamdem ofersionem ut supra legitur inibi restituamus sicut pro tempore fuerit melioratum aut ualuerint sub estimacione in consimile loco. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. set quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus cum stipulacione subnixa. Actum in Ciuitate Janua feliciter.

Signum m. m. m. manibus istorum pater et filius et Madrona qui hanc cartulam ofersionis fieri rogauerunt ut supra.

Signum m. m. m. m. m. m. manibus Amicus Brusco. Bomato de Medolico. Gandulfus. Johannes Grexencius. Martinus. Merlo rogati testes [1].

---

## DOCUMENTO CLXVIII.

Mauro e Lamberto figli del qm. Guglielmo, colle loro mogli Druda ed Anna, fanno omaggio al monastero di santo Stefano di un terreno vuoto nella Domocolta di Bisagno.

1100, aprile

(Pergamena dell'Arch. Gov., abbazia di santo Stefano, mazzo I)

—

† Hani domini et emcarnacionis domini nostri Jhesu Christi Milleximo centeximo. mense aprilis. indicione septima [2]. Monesterio Sancti Stefani proto martir christi sito foris ciuitate ianua. Nos mauro et lanberto germanis filii quondam uuilielmi et druda conius mauro et

[1] Sul dorso, di mano antica: *Carte de Murteto in contrata Cruciferorum et pontis sancte Agathe super uiam.*
[2] Correa veramente l'VIII.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

ana conius lanbertus. et ipsi uiri earum nobis consenciente et suptus confirmante. qui profesi sumus ex nacione nostra lege uiuere romana. aufertores et donatores ipsius monesterio. propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis et suis aliquit contulerit rebus iusta auctoris uocem in oc seculo centuplum acipiat. insuper quod melius est uita posidebit eterna. et ideo nos qui supra iugalibus aufertores et donatores in suptu et sosidium monahorum pro anime nostre mercede. hoc est pecia una de tera uacua iuris nostra proprietaria quam habere uiso sum in domocolta de besanio prope ecclesia sancti martini. coerit ei a suprascripta pecia de tera da trex partibus tera de ipsius monesterio. da quarta parte uia puprica. subique alii sunt coerentes. infra iam dictas coerencias omnia quantum nobis pertine per cotlibet ingenium in integrum. Que autem suprascripta pecia de tera iuris nostri proprietarii ṣuperius dictis una cum acesione uel ingreso uel esito suo seu cum superioribus earum rerum qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio sancti stefani donamus et oferimus et per presentem cartulam ofersionis ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die abas uel monahcos illos qui pro tempore in eode monasterio ordinati sunt uel deinces in antea ordinati esed debent ad eorum usu et suptu et sosidium monahcorum quicquit uoluerit pro anime nostre mercede. Eo uero ordine si unquam in tempore uenerit pontifex aut abbas aut aliqua potestas que a suprascripta pecia de tera aliqua suptracione aut minuacione facere quexierint. tunc statim ueniant in potestate nostra uel de propinquioribus parentibus nostris qui pro tempore aparuerit. et tandiu in eodem potestate permanea a fruendum quandoque uenerit aliqua potestate que ac nostra offersio adimpleat sicut superius legitur. nam si namina persona inquietata eis non fuerint et de ca queto ordine abere permiserint. tunc faciant suprascripto abas uel monahcos qui pro tempore in eodem monesterio fuerint aut deinces in antea ordinati ese debent de suprascripta pecia de tera quod supra legitur ad eorum usu et suptu quicquit uoluerint pro anime nostre mercede sine auni nostra uel eredum nostrorum contradicione. Ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquit per couis ingenium suptraere quexierimus. tunc in dublum eadem ofersio ut supra legitur adinpleat uobis restituamus. sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerit supb estimacione in consimile loco. hanc enim cartulam ofersionis paginam bonefosse notarius tradidit et scribere rogaui. in qua supter confirmans testibusque optulit roborandum. hactum ciuitate ianua feliciter.

Signum m. m. m. m. manibus suprascriptorum mauro et alberto germanis et druda conius mauroni et ana conius lanbertus qui anc car-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

tulam ofersionis fieri rogauerunt. et suprascripta conius illorum consenserunt ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus amicus brusco. primo. ingo tornello. berizo. uitalis. omnes lege uiuentes romana testes.

† Ego qui supra bona fosse notarius scriptor uius cartule ofersionis post tradita compleui et dedit [1]

---

## DOCUMENTO CLXIX.

Richezo prete, Giso diacono ed altri parecchi rinunciano in favore della chiesa dei santi Salvatore e Teodoro di Fassolo ad ogni diritto loro competente sull' amministrazione della chiesa medesima e dei suoi beni.

1100, 20 luglio

(Giscardi, Origine e successi ecc. delle chiese di Genova; MS. autografo della Bibl. dei RR. Miss. Urbani, p. 444)

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis a qua omne bonum procedit. quod est sine qua bona numquam sunt nec esse possunt.

Quisquis in sanctis et uenerabilibus uel Deo dicatis locis se siue de propriis Domino obtulerit iuxta auctoris uocem mercedem inde talem se recepturum cognouerit qualem nec oculus uidit nec auris audiuit. Igitur in Ecclesia que Sancti dicitur Theodori et Sancti Saluatoris que est constructa iuxta litus maris prope hanc urbem Januensem. in loco qui dicitur Fasciolum. Richexo qui et Beutus presbiter et Domini deuotus filius quondam Vgonis. et Gizo qui uocatur Gisulfus clericus et diaconus filius quondam Guidonis. et Tautuza filia quondam Abonis. et Genoardus filius quondam Oberti et Oza iugalibus filia quondam Gezonis. et Obertus filius quondam Ameli. et Ofiza iugalibus. et Obertus pater suus. et Eriza iugalibus filia quondam Joannis. Vgiso pater et filius. et Gulielmus et Ansaldus fratres cum uxoribus suis Bellota et Bellenda et successores eorum. Paganus et Benincasa et Ansaldus et uxor Pagani. Nos autem qui in hoc presenti seculo uiuimus Bellando presbitero et

[1] Sul dorso, di mano sincrona: *Testes amicus brusco. ingo. primo. berizo. uitalis. albertus. cartula ofersionis quam fecerunt mauro lambertus germani filii quondam uuilielmi et druda conius mauro et ana conius lanbertus a monesterio sancti stefani per miso ansaldus abbas. nominatiue pecia una de tera uacua que posita est in besanio prope ecclesia sancti martinus. da trex partibus tera ipsius monesterio. da quarta uia. infra infrascriptas coerencias quantum a nobis pertinet per qualecumque ingenium. Ani domini Millesimo. C. mense aprilis. indicione VIII.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Petro presbitero predicte Ecclesie officialibus refutationem facimus et super altare cumponimus nominatiue de eadem Ecclesia et rebus quas ipsa Ecclesia nunc habet et postmodum habitura est. ita ut predicti presbiteri eorumque sequaces habeant regimen omnemque potestatem predicte Ecclesie et rerum ad eam pertinentium atque pertenturarum. nec non electionem clericorum seu presbiterorum faciendum absque omni mandato Pontificis per conuentum. nec isti supradicti eorumque heredes habeant licenciam siue potestatem per quodlibet ingenium uel ocasionem que fieri possit dandi uel innescandi (*sic*) aut alienandi de rebus ipsius Ecclesie uel requirendi seu exigendi aliquod per munus aut usum uel conditionem. operas uel functiones ab ipsa Ecclesia uel rebus nunc et in futuro ad eam pertinentibus in sua libera permaneat potestate ex parte istorum eorumque heredum. absque omni eorum contradicione uel molestia. preter ad adiuuandum uel defendendum si opus fuerit iam dictam Ecclesiam cum presbiteris et clericis hominibus et rebus ad ipsam uel ipsos pertinentibus absque omni premio nisi pro anime nostre mercede. Ipse tamen Prepositus eiusque successores non habeant potestatem dandi uel aliquo modo alienandi de rebus ipsius Ecclesie utilitatem. Liceat autem ipsis presbiteris et clericis eiusdem Ecclesie presbiteros seu clericos quos potuerint ad seruiendum Deo idoneos inuenire. et eosdem in eadem Ecclesia eligere. Jam dictus uero Prepositus et clerici presentes et futuri cohabitare [et communiter uiuere in predicta debeant Ecclesia sine aliqua diuisione uel proprietate. Quod si quis illorum instigante diabulo in ipsa uita uel conuersatione manere noluerit et alios inquietare conatus fuerit. ei dato spatio penitendi gratia et reprobata malitia a confratribus recipiatur. Si autem in eadem malitia perseuerauerit communi fratrum consilio ab eadem separetur Ecclesia. et non habeat potestatem requirendi quidquam de rebus quas secum in predicta Ecclesia tulerit uel dederit aut pro ipsa expenderit.

Hec autem liberalitas Ecclesie rerumque ad eam pertinentium a predictis hominibus ideo facta est ut eorum omniumque parentum suorum presentium preteritorum et futurorum anime cunctorum bonorum que in eadem Ecclesia uel orationum seu missis aut elemosinis seu ieiuniis uel uigiliis omnibusque modis quibus bonum fieri potest facta fuerint in uita et in morte participes sint.

Hec omnia supradicta bona etiam illis hominibus proficiant qui auxilium consilium subsidium eidem Ecclesie prestiterint ut in ista liberalitate permaneat.

† Ego Ayraldus Januensis Ecclesie Dei gratia Episcopus huic liberalitati subscripsi. et sic conseruantes benedicimus et non conseruantes maledicimus et excommunicatos decernimus et cum Juda traditore pes-

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

simo et Dathan et Abiron omnibusque damnandis anathemate perpetuo condemnamus.

Ego Mauricius de Portu Romano Episcopus huic liberalitati subscripsi.

Actum est hoc in loco ubi dicitur Fasciolo feliciter.

Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo. Indicione sexta. Romanam sedem Pasquale regente Papa. anno primo Pontificatus.

Eribertus archipresbiter scripsi.

Dux presbiter scripsi.

Villanus presbiter scripsi.

Joannes presbiter scripsi.

Joannes presbiter scripsi.

Andreas presbiter scripsi.

Opizo presbiter scripsi.

Rozo presbiter scripsi.

Signum Leodegarii abbatis Sancti Siri.

Petrus abbas Sancti Andree firmaui.

Joannes monacus scripsi.

Brunus presbiter interfuit.

Vincentius presbiter scripsi.

Joannes presbiter interfuit.

Petrus clericus scripsi.

Ego Anselmus Judex huic decreto firmaui.

Ego Petrus Judex huic decreto firmaui.

Ego Guisulfus Judex interfui.

Obertus Guido Bernato uassallus.

Maurus. Gulielmus. Gandulfus. Rusticus. Joannes Carboni Nigri. Vgo. Ingo. Caffaro. Martinus. Andreas. Bonifante. Baldo. Joannes. Marchisius. Alius Marchisius.

† † †

Petrus ultramontanus omnium suprascriptorum minimus hoc scriptum scripsi rogatus.

† (L. S.)

Anno M. C. Inditione sexta. die XX mensis iulii. Per Reuerendum in Christo Patrem dominum Ayraldum Dei gratia Episcopum Januensem una cum Reuerendo Domino Mauritio Cardinali Domini Pasqualis Pape legato et Episcopo Portuense consecrata fuit Ecclesia sancti Theodori de Fasciolo. cui consecrationi interfuerunt uenerabiles abbates Leodegarius abbas sancti Siri Janue et Petrus abbas sancti Andree de Sexto (¹).

(¹) *Ex pergamena* (Giscardi).

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CLXX.

Guido marchese, figlio del qm. Oberto pure marchese, fa omaggio al monastero di san Siro di Genova della basilica di san Nicolò di Capriata ([1]).

1100, 30 luglio

(Ved. Chartarum, vol. I, col. 735)

---

## DOCUMENTO CLXXI.

Alguda ed i suoi figli Dodo, Buonvassallo, Guglielmo e Lanfranco, donano beni al monastero predetto.

1100, settembre

(Pergamena dell'Arch. Gov., abbazia di s. Siro, mazzo I; Carte Genovesi, num. 251)

---

† Anno ab Incarnacione domini nostri ihesu christi mille centum. mense septembris. indicione sexta. Ecclesie Sancti Siri que est constructa in Burgo Ciuitatis Ganue (*sic*). ego Alguda filia quondam Grose et Dodo ac Bonusuasallus et Wilielmus et Lanfrancus germani filii quondam Lanfranci. qui professi sumus nos omnes mater et filii ex nacione nostra lege uiuere Romana. ofertores et donatores ipsius ecclesie. propterea diximus quisquis in sanctis ac in uenerabilibus locis ex suis aliquit contulerit rebus iusta auctoris uocem centuplum accipiet. insuper quod melius est uitam posidebit eternam. et ideo nos qui supra Alguda et Dodo et Bonusuasallus et Wilielmus et Lanfrancus donamus et offerimus in eadem ecclesia Sancti Siri a presenti die pro anima nostra et genitoris nostri. hoc sunt omnes res ille iuris nostre proprietarie et

([1]) Questo documento pubblicato dal ch. Datta non fu punto assegnato alla sua vera epoca, sibbene al 3 agosto 1103; avendo egli letto nella pergamena originale: *Anno ab incarnacione . . . millexímo centeximo tercio. die tercia augusti. indicione octaua.* Siffatte indicazioni suonano invece nell' atto propriamente così, come vi ha letto anche il Poch (*Carte Genovesi*, num. 250): *Hanno . . . . . millexímo centeximo. tercio die kalendas augusti. indicione octaua.* La quale indizione risponde realmente al 1100.

Si corregga del pari un' altra erronea lezione, laddove è detto che la basilica di cui si fa dono *iacet in territorio cremada*; e vi si sostituisca: *crauiada*. *Cravià*, per *Capriata*, dicesi anche al presente nel linguaggio vernacolo.

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

liuellarie quas habere uisi sumus in loco et fundo Reco (1). Gralanico. et in Faraue. et in eorum pertinenciis. Item donamus et offerimus in eadem ecclesia Sancti Siri mansum unum iuris nostri cum omnibus suis exitis et pertinenciis. quod habere uisi sumus in loco et fundo Manezani. quod est rectum et laboratum per generum Ocelli de Quartino. Que autem iste res iuris nostri in loco et fundo Reco. Gralanico. et in Faraue. et mansum unum in Manezani superius dicte. una cum accessione et ingressibus earum seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum ab hac die in eadem Ecclesia Sancti Siri donamus et offerimus et per presentem offerxionis cartulam ibidem abendum confirmamus. faciendum exinde pars ipsius ecclesie a presenti die iuris proprietario nomine quicquid uoluerit sine omni nostra heredumque nostrorum contradicione. excepto ut nullus Abas neque Prepoxitus ipsius Ecclesie Sancti Siri suprascriptas res possit alienare. Quidem et spondimus atque promittimus nos qui supra Alguda et Dodo et Bonusuasallus et Wilielmus et Lanfrancus una cum nostris heredibus ad istam ecclesiam Sancti Siri infrascriptam offersionem seu infrascriptas res qualiter superius legitur in integrum ab omni homine defendere. Quod si defendere non potuerimus. aut si parti ipsius ecclesie exinde aliquid per quodcumque ingenium subtrahere quexierimus. tunc in duplum easdem res ut supra legitur ad partem iste ecclesie restituamus sicut pro tempore fuerint meliorate aut ualuerint sub estimacione in consimilibus locis. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. set quod a nobis semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus cum stipulacione subnixa. hanc enim cartulam offersionis Gisulfum iudicem scribere rogauimus. in qua subter confirmantes testibus obtulimus roborandam. Actum in Burgo Ciuitatis Ganue (*sic*) feliciter.

Signum m. m. m. m. iste Algude et Dodonis et Boniuasalli seu Wilielmi qui hanc cartulam offersionis fieri rogauerunt ut supra.

Signum m. manus Lanfranci qui hanc cartulam offersionis fieri rogauit ut supra.

Signum m. m. m. m. m. manibus Oberti de la Curte. Johannis de Petro. Ranaldi de Rudulfo. Baldi. Burgi. testes rogati.

† Ego qui supra Gisulfus Judex scriptor uius cartule offersionis post tradita compleui ac dedi (2).

(1) *Reco*. Questa parola è scritta qui ed appresso sopra la linea, e d' inchiostro più chiaro.

(2) Sul dorso, dello stesso carattere dell' atto: *Testes baldus. obertus. iohannes. ranaldus. burgo. cartula offerxionis quam feci ego alguda filia quondam grose et dodo ac uilielmus et bonus uasallus et lanfrancus germani filii quondam lan-*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

## DOCUMENTO CLXXII.

Donazione di beni in Pegli fatta da Ingo in compagnia di sua madre e della moglie al monastero di san Siro.

1100, ottobre

(Pergamena dell'Arch. Gov., abbazia di s. Siro, mazzo I)

---

† In nomine domini. anni ab incarnacione domini nostri ihesu christi millesimo centesimo. indictione octaua. Monasterio Sancti Syri quod est constructum in burgo ciuitatis ianue. Nos . . . . et ingo mater et filius et alda coniux suprascripti ingoni. qui profesi sumus nos ex nacione nostra lege uiuere romana. ofertores et donatores ipsius monasterii. propterea diximus quisquis in sanctis ac uenerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus iusta octoris uocem in hoc seculo centuplum accipiet. et insuper quod melius uitam possidebit eternam. et ideo nos qui supra mater et filius et alda donamus et oferimus et per presentem cartam ofersionis ibidem abendum confirmamus. hoc sunt casis et omnibus rebus illis iuris nostri proprietariis et libellariis quam habere uixi sumus in loco et fundo pegli. que nobis obuenerunt ex parte quondam peglizo. uel in eorum pertinenciis. omnia et ex omnibus plenum et uacuum una cum accessionibus et ingressoris uel exitus earum qualiter superius legitur in integrum ab ac die in eodem monesterio donamus et oferimus et per presentem cartulam ofersionis ibidem habendum confirmamus. faciendum exinde a presenti die abas et monachi qui in eodem monasterio ordinati sunt uel deinceps in antea ordinati esse debent ad eorum usum et sumptum pro anime nostre et patris mei mercedem iure proprietario nomine quidquid uoluerint sine omni nostra uel heredum nostrorum contradicione. ab omni omine defensare. quod si defendere non potuerimus aut si uobis exinde aliquod per quouis ingenium subtraere quexierimus. tunc duplum cadem ofersionem ut supra legitur in duplum restituamus sicut pro tempore fuerint melioratis aut ualuerint sub estimacione in consimilibus locis. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod uoluimus. set quod a nobis

*franci ad ecclesiam sancti siri per abatem eius missum de omnibus rebus nostris quas habere uisi sumus in gralanico et in uaraue. et mansum unum in manezani. quod est laboratum per generum ocelli de. quartino. mille centum. mense septembris. indicione sesta.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

semel factum uel conscriptum est sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus cum stipulacione subnixa. Actum in ciuitate ianua feliciter.

Signum m. m. m. manibus istorum mater et filius et alda qui hanc cartam ofersionis fieri rogauerunt ut supra.

Signum m. m. m. m. m manibus lambertus medicus. ansaldus. bonus iohannes. uuido. nigro rogati testes.

Ego marchio iudex sacri palatii scripsi et subscripsi compleui et dedi (1)

(1) Sul dorso, di mano del sec. XIV: *Carta antiqua de pelio.*

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

# AGGIVNTA

Diamo qui posto a un documento il quale nelle *Carte Genovesi* trovammo inserito sotto l'anno 1047, e che noi perciò non fummo in tempo di collocare a suo luogo. A quel millesimo risponde benissimo la indizione XV, ed anche la memoria di un Enrico augusto, del cui impero correva però l'anno II. Ma ciò che per questo riguardo vedesi enunciato nell'atto presente si vuole a parer nostro così interpretare: *L'anno quarto di Enrico, secondo di questo nome fra i re di Germania e primo fra gli imperatori.* E siccome una tale indicazione combinata colla indizione XV, risponde al 1017, così noi a quest'ultimo anno pensiamo dover riferire il documento in discorso.

Valendoci poi di siffatta opportunità, crediamo debito nostro avvertire come oltre alle pergamene dell'Archivio Governativo di già notate a' luoghi rispettivi, altre ne abbiamo pure in seguito rinvenute istituendo una minuta rassegna de' mazzi di santo Stefano e

Società Ligure di Storia Patria - biblioteca digitale - 2011

san Siro, ma poste sotto date cronologiche affatto erronee. Tali sono per santo Stefano quelle che rispondono ai documenti XXXIV, LVIII, LXVII, LXXII, LXXIV, LXXV, LXXXIII, CI; e per san Siro quella del num. L.

Teberga del qm. Guidone, vedova di Guglielmo, dona al monastero di san Siro i beni che essa possede nel luogo di Zemignano ed altrove.

1017, 10 marzo

(Carte Genovesi, num. 168)

---

